

endum est, quod siue filius familias sit clericus in minoribus, siue in prima tonsura tantum, nisi beneficium possideat ecclesiasticum, vel de mandato Episcopi in seruiat ecclesie, & insimul deferat habitum, & tonsuram vel sit in seminario clericorum, in via ad maiores ordines, non gaudebit predicto privilegio, si autem habuerit hæc requisita, vel aliquod necessarium illorum tunc gaudebit, tam in minoribus, quam in prima tonsura tantum, ita vt omnia per talem clericum acquisita dicantur quasi castrensia, & in omnibus clericis in sacris æquiparatur, & procedunt omnia supra resoluta, ita expresse resoluunt recentiores, Spino de testamentis Rubrica 4. numer. 12. Molin. disputat. 138. versicul. incipit. Covarru. dict. verbo lasi numer. 105. versiculo posset vero, Auendaño responso 17. numer. 3. Thomas Vaz allegat. 29. numer. 125. Molin. iterum disputat. 231. versiculo idem quasi castrensia.

Ultimum exemplum, quod Doctores exprimunt circa peculium quasi castrense, est de donationibus factis à principe, vel regina, vt probat leg. Cum multa, Cod. de bon. qua liberis ibi, (si quis à serenissimo principe, vel à piissima augusta, siue masculus, siue femina, donationes sit consecutus, vel consequuta, siue mobilium, siue immobilium filius familias tamen constitutus, vel constituta, habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas

& nemini eas acquirat, neque earum usumfructum, pater, auus, aut proauus sibi vendicat, sed ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem filij, vel filie familia habeant) concordat apud nos Ordinatio lib. 4. titul. 97. §. 10. ibi (se regulem como se fossembens quasi castrenses,) in quo emendauit Ordinationem antiquam, quæ aduentitia appellabat, & §. 12. ibi (determinamus, &c.) & §. 16. ibi (ou lha nos dermos,) & in antiquis titul. 77. §. 21. & in nouis dict. §. 10. ibi, queremos, l. 7. titul. 14. part. 4. de cuius textus materia, vltra scribentes ibi, late Menchac. de creat. §. 26. à num. 2. Cassan. in Catalog. 5. parte, priuileg. 24. Ias in Authentica ex testamento nu. 12. Decius leg. final. Cod. qui testamenta facere possunt. numer. 6. Suar. leg. Quoniam in prioribus Limitatione 6. numer. 10. Caldas dict. verbo, lasss numer. 106. Cast. dict. 3. part. leg. Cum oportet numer. 184. Pin. 1. selectarum cap. 1. numer. 41. Vnde dubium non est omnia à principe donata filiis familias, etiã si sint feminae, sequi naturam bonorum castrensium, vt probatur ex verbis, dict. leg. Cum multa, ibi ad similitudinem castrensis peculij, vbi Doctores notant feminam posse quasi castrense peculium obtinere, quam Baldus, ibi ad hoc extollit Dec. dict. numer. 6. Iason. dict. numer. 12. Menchac. dict. num. 5. Caldas dict. num. 106. cum ergo constet prædictam donationem numerari inter quasi castrensia, sequitur quod

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

tur quod nullo modo venient imputanda, iuxta leg. ultimā Cod. inofficioso testament. l. 1. §. Nec castrense D. de collatione bonorum, dict. leg. Cum oportet, versiculo, exceptis Cod. de bonis, quæ liberis, & expressit Imperator, in dict. leg. Cum multa, ibi (ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem filij habeant,) ad quod singularem dicit Gomes in §. actiones numer. 15. Institut. de actionibus, Caldas dict. verbo, lasis numer. 108. Castro dict. leg. Cum oportet numer. 185. Ordinatio regia dict. §. 10. & dict. §. 12. leg. 7. titul. 14. part. 4.

46. Vnde consequenter Doctores nemine excepto, inferunt ex donationibus prædictis factis ab Imperatore, vel à principe quocunq; (nam in omnibus idem ius est quoad præsens institutum, leg. ultima Cod. de legibus, vbi Rex, & Imperator Idem est, Caldas dict. numer. 106. ad finem, parentibus non queri vsumfructum, dict. leg. Cum multa, ibi (neque earum vsumfructum pater, auus, aut pro auus, sibi vendicent) Caldas dict. numer. 108. Castro dict. numer. 185. Secundo inferunt posse filium libere testari de his donationibus, sicut de quasi castrensi- bus, ad quod citant textum in leg. 1. §. Hoc autem Senatus Consultum versiculo in filij, D. ad Senatus Consultum Trebellian. vbi Alexand. numer. 5. & aperte colligitur ex verbis dict. leg. Cum multa, ibi (habeant filij omnem facultatem) Gom. dict. numer. 15. Se-

gura in repetitione, leg. Imperator, D. ad Trebellianum numer. 92. Guilhelm. in cap. Raynucius verbo, mater ni numer. 17. Ioannes Baptista Caccialupus in leg. Frater à fratre de conditiono indebiti, numer. 103. Caldas dict. numer. 108. Castro numer. 185. Licet contraria sententia in rigore verior sit, vt optime defendit Crotus in d. leg. Frater à fratre numer. 112. Ægidius leg. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. part. prima, §. 7. numer. 14. acerrime Pinel. primo selectarum, cap. 5. quem vide.

Tertio inferunt Doctores priuilegium dict. leg. Cum multa, non solum procedere, in donatione facta ab Imperatore, & regibus supremis, sed etiam si fiat à quacunque republica, vel domino non recognoscente superiorem, vt probat Riminaldus princip. Institut. de donationibus numer. 452. Caldas vbi supra numer. 107. Castro numer. 187. Pinel. primo selectarum, cap. 5. numer. 42. in fine, ad quod citat textum, in leg. Postliminium 19. in principio D. de captiuis, & postlim. ibi (liberos omnes populos, regesque) vbi populi liberi regibus æquiparantur; Vnde Ordinatio nostra dict. lib. 4. titul. 97. §. 10. ad finem, voluit suprascriptam doctrinam ampliari, etiam ad magnates Regni, qui si aliquid donauerint filijs familias minime venit imputandum, quia hæc bona tanquam quasi Castrensia regulanda sunt; in quo aduertendum est, quod dispositio hæc, dum lo-

hæc, dum loquitur de donationibus factis per magnates, qui recognoscunt superiorem, & insimul de alijs personis extraneis, ibi (*isto que dito he hauera lugar, & se goardara nos cazamentos, & aiudas para elles dadas, ou prometidas por fidalgos, & outras quaisquer pessoas, que não sejam ascendentes*) quibus verbis aperte legislator regius æquiparat donationes factas per magnates, vel per alias quascunque personas, ita
 253. vt utreque naturam imitentur bonorum quasi castrensiū, nec veniant ad collationem, nec impudentur, nec de illis quæratu patri vsusfructus, vt supradiximus, in quo aperte constat *Ordinationem*, illam esse contrariam iuri Cōmuni, per quod solæ donationes factæ per principem, vel alium non recognoscentem superiorem habent prædictum priuilegium. Vnde cum dispositio illa legis regie, sit odiosa, restringenda est solummodo ad casum ibidē expressum, quando donationes illæ fuerint factæ ad dotem, vel augmentum ipsius dotis solummodo, si autem donationes fuerint factæ ad alium finem, seruabitur iuris communis dispositio, de qua statim, vt est de mente *Valasci de partitionibus cap. 13. num. 27. Costa de successione regni pag. 145. Cabedo decis. 115. numer. 4. part. 1.*

Extendunt Doctores dispositionem, & priuilegium dict. l. *Cum multa*, vt procedat etiã si princeps,

vel superior prædictam donationem faciat filijs famil. contemplatione patris, nam adhuc ipse filius non tenebitur imputare, vt probauit *Gomes leg. 48. numer. 4. Caldas de nominat. quæstion. 18. num. 6. & dict. verbo, la sis num. 107. Castro dict. leg. Cum oportet. num. 188.* quæ sententia nullibi in iure probatur, nec aliud habet fundamentum, nisi quod liberalitas principis semper debet præcipua, & insolidum apud filium remanere; Vnde merito de iure Communi dubitauit de hac opinione, & extentione *Palat. in Rubrica de donation. inter §. 42. numer. 48.* quia nullibi reperitur dict. l. *Cum multa* procedere in hoc casu contra regulam leg. *Sedet si §. In arrogato D. de vulgari*, vbi glossa, & communis, & late supra diximus, & tenet expresse *Valasc. dict. num. 27. ad finem*, maxime, quia si donator propter patrem donaret, ab ipso patre censetur filius capere *Gabriel cōmuniū titul. de iure dot. conclusion. 5. Mascard. conclusion. 156. Peregrin. articul. 37. Barbos. leg. Quæ dotis nu. 24. Cabedo decis. 169. Castillo tom. 4. cap. 5. nu. fin.* Sed *Ordinatio nostra dict. §. 10.* sequuta est opinionem priorem ibi (*nem lhe sejaõ dadas em suas legitimas, posto que seja certo, & manifesto, que per respeito, & contemplação dos pais, ou dos outros ascendentes, & por seu requerimento as tais doações de casamentos, ou ajudas delles forão feitas aos filhos*) itaq; lex illa etiã in hoc exorbitat à iure communi,

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

249. secundum veriore[m] sententiam, Palatij, & Valasci d. locis, ac proinde minime extendenda est ad alias donationes, vel ad casus etiam similes, iuxta regulam, quæ à iure de regul. iur. lib. 6. cum vulg. Declarabis tamen teneri filios imputare prædictas donationes, quando donatores expresse declarauerint, se velle vt ad collationem seu imputationem deducantur *Ordinatio dict. titul. 97. §. 11. Valasc. supra n. 30. Molin. disput. 257. num. 19. Gamma decis. 34. n. 10.*

250. Ex quibus etiam legislator noster d. tit. 97. §. 12. statuit ne annui redditus perpetui, vel panes ciuiles, vulgo (*iueros, & tenças del Rei*) quos parentes etiam in vita de licentia regis in filios transferunt, minime venire ad collationem, nec filijs esse imputandos, ex supraposita resolutione, quod donati censentur ab ipso principe, & per consequens sortiuntur naturam bonorū quasi castrentium, iuxta d. leg. *Cum multa Cod. de bonis, quæ liberis*. Nam licet ex rogatione parētum ipse princeps motus sit ad concedenda supradicta bona filijs, nihilominus ipsa principalis liberalitas attenditur, vt resoluunt Doctores omnes ad d. l. *Cum multa* ex nostris regnicolis *Cald. de nominat. quæstion. 18. num. 7. & ad §. Sed hæc Institut. de in officioso num. 59. Gamma decis. 29. nu. 4. Valasc. de part. cap. 13. num. 178.* Vnde cum dispositio huius *Ordinationis* procedat contra veriore[m]

sententiam attento iure Communi, quæ habet omnia filijs donata, conferenda, & imputanda esse, quia censentur profectitia ab ipso patre, d. l. *Sed & si §. In arrogato D. de vulgari*, quæ in donatione principis nō reperitur limitata, vt supra ostendimus, merito Doctores modo citati contendunt, ipsam esse restringendam ad casum, quem exprimit, videlicet in annuis redditibus, & annonis ciuilibus, quæ à principio in ipsos parētes, vel auos emanarūt, & videtur colligi ex verbis d. *Ordinat. ibi (ou cousa de nos, ou da Coroa de nossos Reynos tinha)* vt solummodo loquatur de rebus illis, quæ ex munificentia, & liberalitate principis procedunt, & resolunt *Caldas Valasc. Gam proxime citatis locis*. Inde inferentes, quod si pater non titulo lucratiuo, sed titulo oneroso, verbi gratia, emptio[n]is, vel simili prædictos redditus consequatur, & postea etiam de licentia principis in vita, vel post mortem filio concedat, tenebitur filius ipsorum æstimationē, & pretium conferre, vel imputare, nam in hoc casu non procedit, d. §. 12. nec dispositio dict. leg. *Cum multa*; sed potius considerantur regulæ iuris, quæ dicunt attendendum esse initium acquisitionis paternæ, vt in emphiten[s]i emptæ pecunia patris supradictum est per *Ordin. d. tit. 97. §. 22.* & in æstimatione officij à patre empti tenuit contra sententiam maioris partis *Senator Gamma decis.*

decis. 29. num. 4. Valasc. d. cap. 13. nu. 72. cum Doctrina Bart. in leg. Mortis causa. D. de donation. causa mortis, & in terminis idem Valasc. num. 179. Caldas d. num. 59. sequenti.

51. Denique ad hanc speciem peculiij quasi castrensis merito referenda sunt publica stipendia, quæ filius famil. obtinuerit ex officio, seu ministerio intra principis palatium gesto, certum est enim omnes, qui officia palatij gerunt stipendia mereri, nam hi militare dicuntur saltem inermi militia iuxta totum titulum Cod. de his qui in sacro palatio milit. & ex l. 3. Cod. de dignit. lib. 12. l. ultim. Cod. de silentarijs C. eodem lib. ubi explicat Cuiac. & Alcyat. & nos supra diximus in prima part. ita ut omnia, quæ prædicti filij famil. acquisierint prædictis muneribus inferuendo, minime teneantur imputare, sed potius prohibito, & ex voluntate possunt de illis disponere, iuxta d. leg. ultim. Cod. inoffiso dict. l. Cum oportet, ubi notat Castro part. 4. num. ultim. & est verissima resolutio.

52. Iam nos expectant aduentitia bona, quæ filijs famil. nulla patris contemplatione reliquuntur, an teneantur ipsi præd. bona imputare in legitimam, Nam de iure antiquo Digestorum, etiam aduentitia ab emancipato conferebantur, ut est textus optimus in l. 1. D. de collat. bon. ubi filius emancipatus tenetur adducere ad collationem lucrata propria industria, vel sibi relicta, iupol

quæ sunt proprie aduentitia, & quæ solummodo tempore illo dabantur in emancipato, filius enim suus aduentitia nō possidebat, quia omnia quocumque modo sibi pertinētia ipso iure transibant in patrem, iuxta l. Placet D. de acquir. hered. l. 1. D. si quis à patre fuerit. & anuiss. l. 2. Cod. de patria potest, & non solum quoad usufructum, sed etiam, quoad proprietatem, donec per Imperatores, hic rigor antiquus sublatus fuit, ut solummodo patri acquiratur usufructus, manente proprietate penes filium, celebris text. in l. Cum oportet Cod. de bonis quæ lib. §. Igitur Instituit. per quas personas nobis acquiratur, ubi Pichard. num. 2. Pinel. l. 1. Cod. de bonis matern. 1. part. à principio Gomes l. 48. Tauri num. 1. Martiengo leg. 9. titul. 5. recapitat. gloss. 1. à principio, & ibidem Azeued. Caldas d. verbo lafis à num. 120. consonat apud Hispanos, l. 7. titul. 17. partit. 4. apud nos Ordinatio. lib. 1. tit. 87. §. 6. & lib. 4. titul. 98. §. final. Itaque certum est de iure nouo Iustinianum in dict. leg. Cum oportet, & in dict. §. primo, solummodo loqui, de bonis aduentitijs, quæ filijs obueniunt ex alijs causis, præter successionem maternam, nam de maternis iam iam egerat Constantinus in leg. prima, Cod. de bonis maternis, & ipse Iustinianus refert in dict. leg. Cum oportet, ita ut tam Constantinus in maternis, quam Iustinianus in aduentitijs contra rigorem iuris antiqui, dict. leg. Placet. D.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

253. *cet. D. acquirend. hered. statuerunt, ut parentibus solummodo vsusfructus conseruaretur, manente proprietate in solidum penes filium, & cum veriori, & communi sententia resoluit Pinel. d. l. 1. part. 1. à nu. 19. Cald. proxime à numer. 123. & sequentibus Barbof. l. 2. §. Quod si in patris D. sol. matrim. num. 19. sed de iure Digestorum tenebantur emancipati conferre, ex eo, quia cum ipsi respectu patris dicerentur extranei, §. Emancipatis Inst. de heredit. quæ ab intestato deferuntur, & solum à prætore admittebantur, si erant præteriti in testamento paterno, relicta emancipatione per bonorum possessionem contra tabulas, l. Sed cum patrono 6. §. Bonorum D. bonorum possession. titulo generali iuncta l. Non putauit de bonor. possess. contra tabul. & ideo cum essent extranei respectu patris, & aliorum fratrum, merito Prætor in d. l. 1. D. de collation. bonor. constituit, ut propria bona in medium afferat, qui appetit aliena, ne iniuriã suis irrogaret, deinde quia cum attento tempore antiquo pater acquireret plenissime omnia aduentitia filiorum in sacris, iniuriam foret, si emancipatus lucraretur bona aliorum fratrum, & propria in solidum reseruaret, ut scribit Costa post antiquiores in §. Et quid si tantum part. 3. num. 229. Gom. leg. 29. num. 2. Valasc. de partit. cap. 12. num. 12. Pinel. iunior lib. 2. select. cap. 4. num. 31. Petrus Gregor. sint agmat. lib. 46. cap. 8. à num. 5. Duaren, ad tit.*

de collat. bonor. cap. 1. Donel. in rubrica de collat. à principio, Cuiac. Pichard. & plures per Robles de representat. lib. 1. cap. 11. à n. 11. & 12. addo Gilchem. in d. rubr. in preclud. n. 1. & 2. Amaia obs. lib. 1. cap. vltim. ideoque hæc collatio obseruatur, ut teneretur filius emancipatus cōferre, etiã quartam, quam habebat in bonis patris ex cōstitutione Diui Pij, per textum in d. l. 1. §. Si impuberi. D. de collat. bon. Pinel. vbi supra num. 30. vsque ad finem; Sed cum iam constitutum sit, ut filij, qui in sacris paternis constituti aliquid acquisierint sint plene domini, quoad proprietatē, & post mortem patris etiam, quoad vsusfructum, per d. l. Cum oportet, etiam de nouo constitutum fuit in l. vltim. C. de collat. ut huiusmodi aduentitia non conferantur in legitimã, exorant Bald. Salycet, Corneus in d. leg. vltim. Gom. l. 29. nu. 10. Fachin. lib. 5. contr. cap. 83. Faber. de erroribus pragmat. decad. 42. error. 10. & de coniect. lib. 13. cap. 12. à principio Cuiac. 3. obs. cap. 30. Valasc. d. cap. 13. n. 178. Castro dict. leg. Cum oportet num. 78. Mangul. de imput. q. 46. n. 4. Franciscus Beccius cons. 113. num. 29. qui licet existiment iam ante decisionē d. l. vlt. quæ tantum loquitur de filijs in sacris, constitutum fuisse, ut filij emancipati non tenerentur aduentitia conferre, per textum in l. Ut liberis C. eodem titulo de collationib. tamen, meo videri, falluntur; Nam d. l. Ut liberis, licet loquatur de filijs emancipatis, ut teneantur cōferre, loqui-

loquitur de collatione peculij profectitij, idest, de conferendis rebus, quas ex patrimonio paterno acquirunt, ut ibi patet, sed minime loquitur de peculio aduentitio, & ideo adhuc quo ad emancipatos stam^o in regulis iuris antiqui, quod si voluerint venire ad hæreditatem paternam, propria conferre debent, nisi dicas, quod cū iam sint per iura nouiora sublata quoad admodum successionis omnis differentia inter suos, & emancipatos, omnibus vna, & æqualis sit conditio iuxta l. *Meminim^o C. de legitim. hered. Auth. de heredib. abintest. §. Si quis igitur in fine collat. 9.* & hodie detur imputatio solū ratione æqualitatis seruandæ inter filios l. *fin. Cod. communia vtriusque iudicij, d. Ut liberis Cod. de collationib.* ideo quemadmodum sui, non tenentur peculia aduentitia emancipatis conferre, d. *leg. fin.* ita nec similiter emancipati, & ita est de mente *Costa in d. num. 229.* sequitur *Valasco. d. cap. 12. num. 15. & 16. licet d. num. 178. cum Castro d. nu. 98.* inaduertenter aliud scribat, quod apud nos expresse cautum est per *Ordinat. d. tit. 97. §. 16.*

Inter bona aduentitia numeranda sunt omnia quæ filius ex propria industria, proprio sudore, ac labore acquirat, etiam ex artificio mechanico, alteri inserviando, vel simili ut constat ex definitione aduentitij peculij, quam scribit *Caldas d. verbo la sis num. 120. ex l. Cum oportet l. ultim. Cod. bonis, qua liberis, §. Igitur*

*Inst. pdr quas personas d. l. Cum oportet ibi (sed ab alijs quibuscunque causis, quæ ex liberalitate fortuna, vel laboribus suis ad eum perueniant) l. 7. tit. 17. part. 4. Ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 10. ibi (& quando o filho que está com seu pay, ou com sua may, ou com ambos, ganhar alguma cousa per seu trabalho, quer antes de cazado, quer depois, (& ibi não sera obrigado de a tazer à collacão aos outros irmãos). Bart. in leg. 1. §. Nec castrense D. de collat. bon. n. 5. Bald. in l. Quomā nouella C. inofficioso testamento colum. 1. regul. 5. Salycet. in d. Cum oportet n. 2. Alexand. cons. 133. num. 5. lib. 7. Beccius d. cons. 113. nu. 20. Crausus §. Legitima quest. 31. num. 2. Surdus de aliment. tit. 9. question. 20. num. 6. Ascan. de patria potestate effect. 2. n. 10. Molina de iustitia disput. 232. in principio Cornuus, qui testatur de comuni consil. 285. à princip. Gom. ad d. l. 29. num. 24. versiculo 2. & à fortiori, cum quo sicco pede transit Valasco dict. cap. 13. num. 180. in fine, addo *Mangil de imputat quest. 29. n. 15.* vbi plures alios citat, nec contradicteorem inueni.*

Prætermittendum non duxi, an si filius, vel filia ex proprio labore, & industria aliqua bona quæsierint 256. qui tamen labor, & industria, nec licitus, nec honesta sit, prout si filius ex delicto, vel ludo reprobato, vel filia ex meretricio, vel alio turpi, & in honesto quæstu lucretur, debeat hic quæstus venire ad imputationem, in quo Doctores communiter negatiue resoluant per tex-

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

rum in d. l. Cum oportet. Nam si filius nō tenetur imputare acquisita proprio labore, & industria, quando labor licitus est, & secundum leges, à fortiori de obligatur imputare, quando lucrum turpe est, & ex in honesta causa prouenit. *Alexand. lib. 5. cons. 77. numer. 5. Ioan. And. in addit. ad speculat. titul. de actore §. 1. versiculo aduentitium Bald. in rubr. de condictione ob turpem caus. numer. 3. Ascen. de patria potestate effect. 2. n. 19. Decius leg. Illud num. 12. Cod. de collation. alios refert, & sequitur Magil. d. loco quest. 35. num. 10. sicut in simili, quod socius ex delicto, veluti ex furto acquirat, non tenetur cōmunicare iuxta leg. Quod autem ex furto §. 4. iuncta l. Præcedenti D. Pro socio, *Alexand. d. nu. 5.* deinde, quia illud quod acquiratur ex ludo etiā prohibito minime venit imputandū, quia hoc prouenit ex liberalitate fortunæ, vt inquit ex text. d. l. Cū oportet, expresse *Bald. Decius, Magil, & communis, vbi proxime, facit circa acquisita ex causa turpi textus in leg. 4. §. sed & quod meretrici D. de condictione ob turpem causam, vbi acquisita per meretricem licite retinētur, quia turpitudine solum consistit in actu propter quem datur, non autem in receptione, vt post *Conar. in regula peccatum 2. part. §. 3. nu. 4. Gutt. lib. 2. can. cap. 10. à princip. Sayro clauis regia tract. 5. lib. 10. cap. 3. à n. 26. Sarmiento lib. 6. select. cap. 8. Molina disput. 94. versic. tertia conclusio Gom. de potestate in se ipsū lib. 2. cap. 15.***

num. 9. *Ægid. leg. Ex hoc iure 2. tom. cap. 11. conuen. 10. à nu. 3. & sequent.* ergo cum omnia supradicta bona proueniant ex labore, & industria filiorum siue ex causa honesta, siue in honesta non venient imputāda, & ita ampliandam censeo Ordinationem d. §. 16. ibi (por seu trabalho,) nam in omni casu illicitæ acquisitionis etiam datur labor, & industria filij acquirentis, vt minime dicantur taliter acquisita subiecta imputationi, & tandem est textus expressus in l. 4. D. familiae erciscundæ, quod turpe lucrum nō venit in iudicium familiae erciscundæ gloss. & *Salicet. in l. Bona Cod. familiae erciscund.*

Sicut etiam è contrario, si filius pecuniam paternam, vel alia bona mobilia subtraxit, & ludendo, vel meretricando consumpsit, teneri imputare in legitimam, resoluunt communiter Doctores cum *Gulhelm. de Cuneo in l. Incerti iuris C. familiae erciscund. Bald. num. 18. Salycet. num. 22. in l. filia C. eodem titul. Bart. queræ refert. Gomes l. 29. n. 25. Syluester verbo peculium 2. quest. 9. Nauar. in man. cap. 17. nu. 164. Molina de iust. disput. 242. à principio Magil. de imputationibus quest. 43. qui testantur esse communem sententiam, qui mouetur ex text. in l. Ex furto. 16. §. Sed & si dolo D. famil. erciscund. Vbi probatur omnia, quæ hæredes gesserunt circa bona hereditaria dolo, vel culpa, venire in iudicium familiae erciscundæ, cū ergo cōstet filium*

filium in casibus prædictis sunt dolose, & culpabiliter versati meretricando, & ludendo, recte consequitur ipsum teneri in legitimam imputare omnia quæ sic de bonis paternis consumpsit. Deinde probatur ex d. l. *Omnimodo* §. *Imputari*, & ex l. *Scimus* §. *Repletionem* C. *inofficios*. ubi filius imputat quæ a paternis facultatibus in eius potestatem deuenierunt, quæ de natura sua sunt imputabilia: ergo. Ultimo pro hac parte facit generalis modus loquendi nostræ l. *Regia* d. lib. 4. tit. 97. in principio ibi (ou por outra qualquer maneira) quibus verbis lex regia videtur comprehendere quæcunque modum, per quem res paternæ ad filiū perueniunt, ac proinde quando filius eas subtraxerit à fortiori venient imputandæ, maxime, quia pater de iure nostri regni non potest impedire collationem, iuxta d. principium *Ord.* licet de iure Communi aliud esset dicendum, secundū ius nouum authenticorū, de quo in *Authentica ex testamento* C. *de collat.* iuncto corpore vnde sumitur, in *Authentico de Triente*, & *semisse* §. *Illud Collatione* 1. prosequitur *Gozadinus* in repetitione d. *Auth.* à principio, & in filio emancipato nullum dubium est, vt teneatur ad imputationem secundum supracitatos, nam iste subtrahendo bona paterna, furtum committit, vt probatur ex text. in l. *Si quis uxori* § 3. D. *de furtis*, ita vt pater statim contra illum possit suam actionem pro-

ponere efficacem, quam saltem rei persecutoriam in alios filios transmittit l. 1. D. *de privat. delictis*, & ad quemlibet ex filijs pro sua parte, vt probat text. in l. *Si adulta* C. *hereditarijs actionibus*, ubi notant omnes maxime *Donellus* in l. 1. illo tit. C. *inac. in posthum.* ad illum titulum in medio, ac proinde necessario tenebitur in suam legitimam imputare, resolunt omnes supra relati maxime *Mangilius* d. *quest.* 43. num. 5. & 6. *Gomes* l. 29. *Tauri* nu. 25. Dubitant autē quo remedio vtantur filij casu, quo pater hæredem instituat prædictum filium in legitimam, quia hæc deducenda est de ipsis corporibus hæreditarijs, iuxta l. *Scimus* §. *Repletionem* Cod. *inofficioso*, nec possunt obijcere compensationē, quia de substantia seu re diuersa ad rem alterius speciei, seu pecuniam non admittitur compensatio l. *ult.* C. *de compensationibus*, sed præstant Doctores cautelam fratribus coheredibus, vt vtantur remedio retentionis, donec emancipatus imputet in legitimam, quæ subtraxit vel aliter satisfaciatur, argumento leg. *Si in area* D. *condictione in debiti* glossa, & doct. in l. *Utrique* D. *de damno infecto*, & in l. *Quod si possessor* D. *de pet. hereditatis*, quia remediū retentionis in iure favorabilior est omnibus iuxta notata per *Bald.* in l. *Per retentionem* C. *de usuris*, in terminis *Ruinus* cons. 66. num. 17. vol. 1. *Aymon*. *Grænet* a consilio 6. num. 98. sequitur *Mangilius* dict. *quest.* 43. numer. 8. *Gomes* d. leg.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

d. leg. 29. numer. 25. ad finem vbi alios refert.

259. Tota controuersia vertitur in filio familias, qui adhuc est sub paterna potestate; in qua videtur dicendum filium non teneri ad imputationem ex eo, quia in hoc casu ex furto non datur actio inter patrem & filium, vt per glossam in principio Inst. de iure naturali, quia licet reuera filius furtum committat, iuxta l. Serui, & filij 17. l. Qui seruo 36. §. Item placuit D. de furtis, tamen nulla actio, vel obligatio oritur inter ipsos, ac proinde cum nulla detur obligatio, nihil est quod ex patre transmittatur ad alios filios, vt ipsi habeant actionem, vel remedium contra fratrem, ex regula l. 2. §. Ex his de verbor oblig.

Sed contraria sententia verior & tenenda est, quia inter patrem & filium in potestate, licet nō oriatur actio ciuillis, quam oriri impedit patria potestas, tamen obligatio naturalis semper oritur, vt probat text. vbi omnes notant in leg. Frater à fratre §. Quæsitum D. Conditione indebiti, vbi glossa Bartol. & repetentes, maxime Caccialup. à numer. 37. Mangil. d. quæst. 43. numer. 16. & in delicto filij aduersus patrem commissio etiam nasci naturalem obligationem, probant Doctores per text. in l. Serui D. de furtis, vnde saltem hæc obligatio ad alios filios transmitti certum est, & quia in hoc casu filius delinquit contra patrem, merito ex prædicta obliga-

tionem tenebitur imputare, quia si ipse noluiisset, vel in malos vsus consumpsisset in patrimonio reperirentur bona tēpore mortis paternæ, ac proinde ex hoc fundamento ita resoluit Bald. in Authentica ex testamento numer. 37. Cod. de Collationibus Cynus in Authentic. quod locum C. de collat. nu. 3. quos sequitur Mangilius d. loco n. 18. Nec contra hanc resolutionem obstat fundamentum supra positum, quia fatemur ex delicto filij non oriri obligationem ciuilem, sed naturalis semper oritur, vt supra probauimus, quæ sufficiens est, vt ad alios fratres transmittatur, vt saltem per exceptionē se possint defendere, contra ipsum lusorem iuxta l. Iuris gentium §. Igitur nuda D. de pactis Surd. de alimentis tit. 8. priuilegio §. à principio Mēdoça de pactis lib. 1. cap. 4. à numer. 3. M antica de contract. lib. 1. tit. 6. Peregrin. var. tit. de pactis cap. 1. numer. 66. Donel. de iure Ciuili lib. 12. cap. 2. & cap. 3. Nec secundo obstat, si quis opponat, dicendo ad collationem, seu imputationem non venire illa, quæ sunt iam consumpta, l. 1. §. Confertur, leg. 3. §. penult. D. de collat. bon. quia respondemus sufficere, quod duret obligatio illa restituendi saltem naturalis, ad effectū, vt veniant ad collationem, seu imputationem; nam cū dolosus fuisset filius sic consumens, vt supponimus, censura iuris extare dicuntur prædicta bona, iuxta textum leg. Is, qui dolo D. de reiudicata, & cum dolo

dolo desit possidere semper conferendum seu imputandum est, iuxta textum expressum in d. §. Confertur.

Consequenter asserendum est, quod si pater concedat peculium filio famil. ut ipse cum eo negotietur, ipse autem dolose circa negotiationem se gerat, ita ut ludendo, seu in malos usus pecuniam consumat, tenebitur illud sic male consumptum in legitimam imputare. Ratio est, quia ex hac concessione producitur obligatio saltem naturalis ex contractu mandati, l. Si non remunerandi 6. §. 1. D. Mandati, unde cum filius versetur in dolo, male consumendo peculium semper fingitur extare prædictum peculium ad effectum collationis, & imputationis dict. §. Confertur. Nec in hoc casu dubitandum est celebrari contractum mandati inter patrem, & filium, l. 3. D. de peculio, in §. Cui congruit ibi (actione mandati) & ideo ex hac actione tenebitur filius cæteris fratribus imputare, quamvis *Mangilius d. quaest. 43.* dicat se non videre, quæ actione hic filius teneatur, quia verum est hunc filium teneri non posse actione civili, ut supradiximus, sed ex peculio suscepto, & male administrato oriri obligationem naturalem, quæ sufficiens est ad imputationem inducendam, saltem per viam exceptionis. Nam si peculium à parte rei extaret, certum est ipsum esse diuidendum inter fratres iuxta leg. Certum Cod. familia eriscund. *Peregrinus de fidei-*

commisens artic. 36. num. 29. Man-
gil. dict. quaest. 43. num. 17. & quaest.
29. num. 36. Barbof. leg. Quæ dotis D.
solut. matrim. à nu. 138. Sanch. lib. 2.
ad decalog. cap. 16. n. 20. Cald. d. verbo
la sis num. 119. ergo similiter, cum
cenfura iuris male consumptum ex-
tare reputetur, veniet semper impu-
tandum d. §. Confertur.

Descendimus etiã ad quaestio-
nem, quando pater in vita filio le-
gitimam assignavit, qui illam con-
sumpsit, nam certum est de con-
sensu utriusque legitimam in vita
filio designari posse, l. Si quando §.
Et generaliter Cod. in offic. testamento,
ubi omnes scribentes. *Couar. in nostro*
cap. Raynaldus, §. 2. num. Peregrin.
de fideicommissis artic. 36. num. 77. &
nos supra diximus in hac 4. parte, quæ
assignata à patre, & à filio accepta 261.
necessario veniet imputanda, per
textum singularem, & difficilem in leg.
Cum quo 56. §. final. D. ad leg. Fal-
cidiam, iuncta leg. Quod autem 74. in
fine D. eodem titul. nam licet regula
fit in Falcidiam non imputari ni-
si quæ iure hæreditario capiuntur
leg. In quartam D. ad legem Falcid.
d. leg. Quod autem 74. in principio D.
eodem post Ordinarios ibidem Peregrin.
artic. 3. de fideicommissis num. 26. ta-
men si inter viuos ea mente dona-
tum sit hæredi, ne Falcidia vtatur,
idq; à testatore caueatur, minime
postea vtetur hæres Falcidia, imo
in illam tenebitur sic donata à testa-
tore imputare, textus optimus d. leg.
Cum quo 56. §. final. leg. Quod autem
ad finem,

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

ad finem. *D. ad leg. Falcidiam*, prope enim est, vt ex causa hæreditaria accepisse videatur hæres, quando à testatore in vita suscepit res, ne legata diminueret, sed potius integra præstaret, vt inquit *Cuiac lib. 3. sentent. Pauli titul. 8. §. 3.* sequitur *Gothofred in d. §. fin. post ordinarios ibidem*, igitur similiter si pater concedat in vita legitimam filio, qui illam luit, vel perdidit alio quocūque modo, nō tenebuntur alij fratres aliam legitimam soluere tempore mortis paternæ, quia ibi filius tenetur in legitimam imputare portionem à patre ipsi in vita pro legitima assignatam, *d. §. ultim. resoluit in terminis Baldus in l. Scimus §. Repletionem Cod. inofficioso num. 11. communis ad l. Si cum dotem §. Si pater D. sol. matrimonio Bertrand. conf. 216. num. 2. lib. 2. Menchac. d. §. 30. num. 254. Casar ad l. In quartam nu. 395. & seq. Mangil. d. quest. 43. num. 20. Peregrin. articul. 39. num. 143.*

Neque obstat, quod legitima nō debetur nisi tempore mortis, *l. Cū 262. queritur Cod. inoffic. testamento Authentica nouissima Cod. eod. tit. Decius conf. 616. num. 6. Paris. conf. 43. nu. 35. lib. 2. Casar ad d. leg. In quartam numer. 323. vbi de communi: ergo in vita, non potest assignari legitima filio, quam ipse teneatur imputare. Nam de plano satisfit verum esse quod pater in vita cogi non potest ad assignandā legitimam filio quæ ipsi non debetur viuente patre, sed post eius mortem, *iuxta leg. 1. §. Si**

*impuberi D. Collatione bonorum, post Ruinum, Dec. & alios. Cephal. conf. 148. num. 29. Casar d. loco num. 344. Peregrin. articulo 36. num. 14. Surd. de alim. titul. 8. privilegio 26. à principio, Molina lib. 1. de primog. cap. 13. à num. 31. Cald. §. Sed hæc Institut. de inofficioso 2. part. num. 17. Ultra omnes Ceuall. communium tom. 3. quest. 828. à principio; attamen si de consensu vtriusque legitima assignetur, tenebitur filius imputare, *iuxta decisionem Marcelli, in d. l. Cum quo §. final. secundum communem intellectum, quem Doctores admittunt, ideo ibi valuisse donationem, & remouisse Falcidiam, quia legitimā complereut, vt per Viuium lib. 2. opinione 91. Menchac. d. §. 30. num. 254. Casar dict. num. 395. sequenti cui cōmuni intellectui ego addo, quod etiam si tota quantitas legitimæ non fuisset à principio data ipsi filio, tamen cum ea intentione à patre fuisset tradita, tenetur quantitatem receptam imputare, *iuxta dict. §. final, fratres autem tempore mortis paternæ, tenebuntur redintegrare totam integraliter, alias autem ipse aget ad supplementum, iuxta l. Omnimodo, l. Scimus C. inofficioso, Menchac. de creatione §. 30. à n. 75. Couar. cap. Raynuc. §. 1. num. 7. Costa cap. Si pater glossa in re certa n. 19. Crassus §. Legitima quest. 33. Molin. de iustit. disput. 177. aduertendo etiam, quod si residuum non sufficiat ad alimenta, tenebuntur fratres alimenta præstare, sicut etiam tenebatur***

nebatur pater post legitimam consumptam, ut resoluunt communiter Doctores ad *Authenticam* quod locum *C. de Collationibus*, & probat textus in *l. Libertus, qui operas D. de operis libertorum, Ias. d. Authentica quod locum num. 8. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 24. Peregrin. articul. 36. n. 145.* quia hæc alimenta debentur de iure naturali §. *Ius naturale Inst. de iure naturali*, & assignatio facta in vita patris, nunquam potest nocere iuri alimentorum, quia post mortem patris ipsa obligatio transit ad filios, *leg. 2. §. Ex his D. de verborum oblig.* post reliquos supracitados *Mangilius d. quest. 48. nu. 20.*

Quid dicendum est de expensis, quas pater erogavit in rebus adventitijs ipsius filij, in quibus usufructum possidebat, iuxta *leg. Cum oportet C. de bonis, quæ liberis §. 1. Inst. per quas personas nobis acquiritur?* Et in hac quaestione Doctores maxime variant, ut per *Garsiam de expensis cap. 11. à num. 2. Mangil. de imput. quest. 39. Molin. de primogenijs lib. 1. cap. 27. à num. 11.* Et imprimis non loquimur de expensis, quas pater fecit gratia colligendorum fructuum, nam has expensas tenetur ipse facere, iuxta *l. Divortio §. ultim. D. soluto matrim. vbi insignis Barbof. 1. part. à num. 1. l. 3. §.* Nos generaliter *D. de impensis l. ult. eodem tit.* loquimur ergo de impensis utilibus, & necessarijs, quæ respiciunt perpetuam rei utilitatem duraturam ultra vitam patris expendentis, prout si novam

villam necessario extruxerit, vel veterem sine culpa collapsam restituerit. Si pastina instruit, molendinum, aut simile fecerit, tunc datur harum impensarum repetitio, ut probat textus *d. l. Divortio §. fin. versic. plane D. solut. matr. l. Eum, ad quem Cod. de usufructu, Peregr. de fideicommissis art. 50. à n. 7. Mangil. d. quest. 39. nu. 5. Alciat. & Rebuf. in l. Impensa D. de verbor. signif. insignis Barbof. d. §. fin. n. 32. & late seqq. Gomes. 2. tom. cap. 15. n. 7. Spino de testam. glossa 13. n. 80.*

In quo advertendum est, utrum prædictæ impensæ sint magnæ, an modicæ, quia licet pater habeat usufructum ex lege, tamē in hoc ^{264.} easdem paritur conditiones aliorum usufructuariorum, qui omnes tenentur ad modicas expensas faciendas, iuxta textum maxime a Doctoribus commendatum in *l. Hactenus 8. D. de usufr. & quemadm. Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 2. part. nu. 69. & seqq. Garsia de expens. cap. 11. num. 6. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 27. nu. 10. Peregr. d. artic. 40. n. 45. & artic. 4. num. 65. Castell. de usufruct. cap. 56. & sequenti, insignis Barbof. d. §. ultim. num. 36. in principio, Valascus consult. 116. à n. 6.* Si autem expensæ fuerint magnæ facta taxatione ipsarum quæ semper faciendæ est arbitrio iudicis, ut per gloss. verbo *pertinere ind. l. Hactenus, gloss. & Bart. in l. Omnino D. de impensis in rebus dotalibus Pinel. supra num. 70. Molin. d. cap. 27. num. 6. Menoch. de arbitrar. casu 215. ad finem Peregrin. vbi supra*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

265. *Garfia d. cap. 11. num. 16. Barb. d. §. fin. num. 36.* liquidum tenebitur filius imputare, & alijs fratribus rescarcire, vt inter ipsos sequatur æqualitas, propter quā inducta fuit imputatio, vt *Bald. in Authentica excipitur C. bonis, qua liberis num. 4. Paul. in l. ultim. §. vbi autem eodem tit. num. 7. Molina d. cap. 27. numer. 11. Corneus consil. 86. num. 3. volumine 4. Pinel. d. 2. part. num. 69. Garfia d. cap. 11. num. 14. Peregrin. d. artic. 50. nu. 42. Mangil. d. num. 5.*

266. Si autem pater fecisset voluptarias expensas, has minime tenebitur filius persoluere, solummodo poterit pater, vel fratres illas abradere, cum sit possessor bonæ fidei, vt probant multa iura, *textus capitalis in l. In fundo D. Reuendicat. leg. Pro voluptarijs 9. D. impens. in rebus dotalibus factis l. 3. §. Sed si mutua D. de in rem verso, l. Unica §. Taceat versiculo, quod si voluptaria C. Rei uxoria actione, glossa, Bart. & communis verbo non habere in l. Ex duobus 27. D. de negot. gestis, Menochius recuperand. remedio 15. num. 530. Barbosa cum multis, quos refert d. §. fin. num. 88. Peregr. d. artic. 50. num. 54. Corneus d. consil. 86. nu. 9. Castrens consil. 270. colum. 8. vbi citat textum in l. Ideoque 10. §. Idemque ait si quid procurator D. Mandati, l. Si sine 33. §. interposito, versicul. item D. de administrat. tut. Garfia de expensis cap. 5. à numer. 9. Sarmiento lib. 1. selectar. cap. 10. à nu. 7. Alcyat. in l. Impensa de verb. significat. num. 19. Mangil. de imputat. d. quæst. 39.*

nu. 13. qui alios citat, quam doctrinam intelligunt supra relati procedere, quando filius tales expensas voluptarias non erat factururus, quia si ipse esset illas factururus, tunc tenebitur illas imputare in legitimā, quia tunc non cōsiderantur voluptariæ, sed vtilis, vt ex glossa in d. l. In fundo, magistraliter resoluit *Bart. ibi num. 10. Alcyatus d. leg. Impensa num. 9. Garfia d. cap. 5. num. 26. Mangilius supra numer. 12. Peregrin. d. num. 54. Capra consil. 90. dub. 2. num. 12. Neguz. de pignoribus 5. part. Membro 4. num. 20.* Si autem filius non erat factururus, nec ipsæ possunt commode abradi, non tenetur ipse filius aliquid pro ipsis rescarcire, quia pater illas amittet, *d. leg. Pro voluptarijs 9. D. de impens. in reb. dotalibus factis, Curtius iunior consil. 195. num. 11. Tiraquei. lib. 2. retr. §. 7. glossa 1. num. 6. Valasc. de emphit. quæst. 25. num. 10. Garfia de expensis cap. 1. num. 25. Barb. d. num. 88. Peregrin. d. num. 54. ad finem, Mangil. d. quæst. 39. nu. 14. & nu. 15.* qui limitant ab rationem etiam cessare, quando filius voluerit soluere interesse pro quantitate, quam pater lucraturus erat abradendo, vt sentit *Bartol. dict. numer. 10. Bald. dict. leg. Sed & si quid, D. de usufructu,* quæ resolutio maximam præ se fert utilitatem, & æquitatem, *iuxta leg. 2. §. Item Varus D. de aqua quotidiana, & estiuā.*

Alter casus etiā considerari potest in hac materia, ad effectum, vt
filius

268. filius teneatur impensas, vel conferre, vel imputare in legitimam, quando scilicet pater maximas impensas fecisset etiam respectu usufructus, quādo vel ex vetustate domus, vel alia causa res perierit, quæ sine magnis expensis reformari nō potest; nam in hoc casu, si pater domum, vel quid simile repararet, teneatur filius, vel imputare prædictas expensas, vel satisfacere æstimationem alijs fratribus; Ratio est, quia licet quicumq; usufructuarius præstare debeat omnem rei curam, & diligentiam, *iuxta l. 1. & 2. D. usufructuar. quemadmodum*, ita ut reficere teneatur, *l. Usufructu. 5. versic. quoniam, D. de usufructu d. l. Hactenus versic. modica eodem titul. l. Damni 18. §. Ei, cuius D. de damno infecto, & ad id cogi potest, d. versiculo quoniam, l. Item fundi 9. D. de usufr.* quod adeo verum est, ut si non reficiat, possit à proprietario autoritate propria prohiberi utifruui, ut probat *l. Hoc amplius 9. §. ultimo D. de damno infecto, glossa 2. recepta in leg. Eum, ad quem C. de usufructu, Bartol. receptus in l. Cotem §. Qui maximos à num. 14. D. de publican. & in l. Quavis D. de damno infecto nu. 3. Pichard. Rubrica de usufructu Instit. num. 17.* tamen ad prædictas magnas expensas non tenetur usufructuarius, & ideo fili⁹ eas tenetur, vel imputare, vel conferre, *d. l. Usufructu, versiculo quoniam, iuncta l. Hactenus in principio Bart. d. num. 14. Gomez 2. tom. cap. 15. n. 7. Garzia de expensis cap. 11. n. 12.*

quorum sententia verissima est.

Ultimo loco variant Doctores circa expensas litis, quas facere solent usufructuarij, quando eis moventur lites super rebus, ex quibus usufructum percipiunt; in quo casu communis doctorum sententia distinguit, inter patrem, qui habet usufructum à lege, & inter alios usufructuarios, qui ab homine sunt constituti, ita ut pater, qui est legitimus usufructuarius teneatur omnes impensas litium facere, *iuxta l. 1. C. bonis maternis, l. ultim. §. Ubi autem C. de bonis, qua lib. d. leg. 1. ibi (sumptus ex fructibus impigre facere) alij vero solummodo admodicæ expensas teneantur, magnas autem, si faciat, poterunt repetere, dict. l. Hactenus, versiculo, modica, ita Bart. in d. l. 1. n. 3. Pinel, qui fatetur cōmunem ibidem 2. part. n. 68. Mol. qui plures citat d. cap. 27. n. 11. Garz. de expensis d. cap. 11. n. 5. Sed Molin. & Pinel. ubi proxime accerrime contendunt non esse faciendam differentiam inter patres, & alios usufructuarios, ita ut quæadmodū alij non tenentur ad magnas litium expensas, ita similiter, nec pater ad illas debet obligari, ne alias sequatur, quod pater, cui lex usufructū cōcedit propter patriā potestatem sit deterioris conditionis, quā alij usufructuarij, qui nō à lege, sed ab homine illū tenet, nam incredibile nō est legē, quæ patri plura priuilegia circa hūc usufructū erogavit, intendisse, ut ipse teneretur ad omnes*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

expensas litis, siue magnas, siue paruas, reliqui vero ad modicas tantum, & secundum hanc opinionem teneretur filius, imputare illud reliquum, quod pater expendit ultra modicum *d. l. Haetenus*. Sed communem sententiam acriter defendit *Garfia dict. cap. 11. num. 7.* quae apud nos seruanda est propter Ordinationem *lib. 3. titul. 64.* & videtur optimum habere fundamentum *in leg. 1. Cod. de bonis maternis*, ac per consequens filius in hoc casu nō tenetur ad imputationem, nec etiam ad collationem, quae resolutio, vt iam supra monui, recte procedit quando lis vertitur super proprietate rerum, in quibus vsusfructus radicatur, Si autem lis moueatur super ipso vsusfructu, tunc apud omnes vnanimiter receptum est patrem, seu quemcunque alium vsusfructuarium teneri ad erogationem omnium expensarum, quia fiunt causa ipsius vsusfructus, vt per *Garfiam d. cap. 11. numer. 10. Molina dict. cap. 27. numer. ultimo*, quae opinio æquissima est.

Imponamus vltimam manum huic imputationum tractatui, disputando quaestionem quotidianam circa lucrata à filio de pecunia paterna, qui est in sacris paternis, an sit imputandum, vel non? In qua quaestione maxima facienda est
270. differentia inter lucrata, ex negotiatione licita, & approbata, & inter lucrata, ex negotiatione illicita, & peccaminosa. In primo mem-

bro distinctionis, quando filius est in potestate paterna, & à patre alimenta recipit, quicquid apud nos ex pecunia patris acquirit, profectitium censebitur, ita vt si filius apud se retineat, teneatur illud totum imputare, ita fuit *Accursij* opinio verbo, *ex substantia*, in leg. *Cum oportet Cod. de bonis, quae liber.* *Azo in summa illius tituli, speculator titulo de iud. §. Queritur versiculo, vt autem, Siluerster verbo, peculium, o primeiro quest. 12.* quam opinionem communiter receptam testatur *Orosius in leg. Si tibi §. Pactus num. 2. D. de pactis Cassan. in Consuetud. Burgundiae rubrica 6. §. 4. verbo particeps, numer. 6. Caldas leg. Si curatorem verbo, lafis, numer. 118. Valascus de partit. cap. 13. num. 181. Castro ad dict. leg. Cum oportet Cod. bonis, quae liberis à num. 19. Molin. de iustitia disputat. 234. numer. 3.* sequitur per Ordinationem nostram *lib. 4. tit. 97. §. 16. in antiquis titul. 77. §. 22.* quae inquit filium apud nos, qui est in patria potestate, & ab ipso patre alitur, si negotiatur cum patrum pecunia, totum lucrum acquirere ipsis parentibus, audiamus legem regiam *d. §. 16. ibi (saluo se os ganhau com os bēs do pay, ou da mãy, viuendo, & estando com elles, & governando se com os bens delles, porque em este cazo, o pay, ou mãy deue hauer, & receber tudo, & depois q morrer o pay, ou may os irmãos partirão entre sy, depois que partirem com o que ficar viuo, & haja cada hum sua parte)* in quo Ordinatio sequitur opinionem *Accursij*,

Accursij, quas semper sequi solet, pro qua citantur, l. Peculium 40. l. Quasitum 37. §. Is, qui semel. D. de peculio, leg. Si ita §. fin. de usu, & habitatione, quibus probatur nostrum esse, quicquid seruus noster vel ex peculio, vel ex negotiatione acquirit, ducto argumento de seruo ad filium in potestate, ita ut sicut acquisita per seruum statim transeunt in dominium domini, ita acquisita per filium patri acquirantur, & hanc sententiam ultra nostram legem regiam sequitur etiam lex Castellæ l. 5. titul. 17. partita 4. ubi Gregorius Lopez l. 3. titul. 5. partita. 6. ita ut tam in Hispania, quam in nostra Lusitania certum sit, omne lucrum à filio quasitum ex bonis paternis ad patrem pertinere, siue lucrum obuenerit ex industria filij, siue non, nam industria in hoc casu, non attenditur, sed totum tribuitur ipsis bonis, ut optime aduertit Valasc. dict. cap. 13. numer. 182. In quo hæc nostra lex regia deuiat à regulis iuris communis, secundum, quas licet filius cum bonis paternis negotietur, tamen si eius industria æquiualeat capitali, verior, & receptior est sententia, ut saltem pro dimidia lucrum sit partendum, argumento leg. 1. Cod. Porporio §. 1. Institut. de societ. Ita Bart. tract. de duobus fratribus in principio, & in l. 1. §. Nec numer. 5. D. de collat. bon. & in dict. l. Cum oportet numer. 3. Orosius ubi supra, Segura in leg. 1. §. Si vir uxori numer. 69. D. de acquirenda possessione

Curius in leg. Illud numer. 15. Cod. de Collation. Alcyar. responso. 132. ad finem, Caldas d. numer. 118. Gom. l. 29. numer. 24. Navar. in man. cap. 17. numer. 144. & 148. Molin. d. disputat. 234. numer. 2. Valascus dict. cap. 13. numer. 184. Roman. consil. 469. numer. 1. Iason. dict. l. Illud numer. 8. Ayora de partit. part. 3. question. 3. numer. 6. Corras. in leg. Filium, quem habentem numer. 48. Ripaleg. In quartam D. ad leg. Falcid. numer. 174. Corneus consil. 311. numer. 2. ad finem, lib. 3. Menchac. success. creatione §. 30. numer. 238. Crassus, §. Legitima quest. 31. numer. 1. Manvil. de imputation. quest. 34. numer. 3. Surdus de alimentis titulo 9. quest. 20. numer. 9. & 16. Ascan. de patria potestate effectu. 2. numer. 9. quæ opinio absque dubio verissima est, nam illud, quod tribuitur capitali profectitium est, & inter fratres diuidetur, iuxta decisionem l. Certum Cod. fam. resciscunda, ut vero illud, quod tribui necesse est industrie filij aduentitium iudicabitur, ita ut non veniat imputandum, nec conferendum, iuxta l. ultim. Cod. de collationibus, & nos supradiximus, nam in hoc casu verificatur ratio, quam expendit Imperator, dict. leg. Cum oportet, ibi (vel laboribus suis ad eum perueniant) §. 1. Inst. per quas personas nobis acquiritur, ibi (ne quod is suis laboribus, vel propria fortuna) l. Iubemus, C. de silentarijs lib. 12. ita ut si industria præualere censeatur, ultra capitale maior pars lucri filio pro industria sit adiudicanda, minor

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

vero patri pro capitali, in quo semper arbitrium prudentis iudicis omnia discernet, vt expresse tenent omnes Doctores proxime citati, maxime *Caldas d. num. 118. Molin. d. num. 2. Bald. in l. Omnimodo §. Imputari C. inofficioso num. 6. Succinus iunior cons. 92. num. 15. Beccius cons. 113. nu. 20. Ascan. Clemens de patria pot. effectu 2. num. 10. Grass. d. §. Legitima quæst. 31. num. 3. Mangilius d. quæst. 34. numer. 4. Surd. de alimentis titul. 9. quæst. 20. numer. 16. Corras d. num. 48. Valasc. d. cap. 13. num. 187. Auendaño leg. 29. gloss. 4. numer. 17. Azenedo leg. 3. titul. 8. lib. 5. recapitat. num. 24.*

272. Ex quibus manifeste constat quantum *Ordinatio regia d. §. 16.* distet, & exorbitet à regulis iuris cōmunis, & vtpote talis semper est restringenda, quoad fieri possit, *iuxta regul. quæ à iure de regulis iuris lib. 6. l. Si vero §. De viro D. solut. matrim.* vnde aduertendum est; quod ipsa tantum loquitur in casu, quo filius cum patre commoratur, & ab eo alimenta percipit, vt bene aduertit *Valasc. supra num. 181. ad finem Castro d. l. Cum oportet num. 22. Molin. disput. 234. num. 4.* Si autem deficiat alterum ex his requisitis, tunc recurrendum est ad dispositionem iuris communis, prout si filius fuerit emancipatus, qui non sustinetur de bonis parentum, & cum bonis, seu pecunia paterna negotietur, fiet diuisio lucri, prout induitria, & labor filij postulauerit, *iuxta d. l. 1. C.*

Profocio cum similibus, maxime, quia filius emancipatus sibi, & non patri acquirit, *l. Si filius famil. 72. D. de verborum l. fin. D. stipulat. seruorum, Molin. proxime citatus n. 4. Menoch. de arbitr. casu 126. num. 5. post. Bald. in Authentica ex testamento num. 25. C. de collationibus Mangilius d. loco numer. 7. Surdus titul. 9. quæstion. 20. num. 28. Cuiac. & Donel. in d. l. Filius fam. ita vt pars filij minime veniat partienda; nec imputanda.*

273. Quid dicendum, si filius in potestate infimul cōhabitans cum parentibus clam, & absque patris licentia cum pecunia paterna negotietur, vnde lucrum recipiat, apud nos resoluendum est omne lucrum effici profectitium, & venire diuidendum inter fratres, vel negotiatori in legitimam imputabitur per *Ordin. d. §. 16.* quam etiam in hoc casu procedere satis colligitur ex ipsius tenore, deinde, ne ille filius, qui à patre alitur, inuito parente, cum eius pecunia negotietur melioris existat conditionis, quam alter, qui de beneplacito ipsius patris negotiatur, *contra l. Nam & seruius D. quod vi, aut clam.* Nec audiendus est *Molin. d. disput. 234.* dum existimat in hoc regno filium totum sibi acquirere, quia non aduertit ad *Ordinationem supr adictam.* Si autem de iure Communi quæstio verteretur, quantumuis *Molina d. disput. 234. num. pen.* existimet filium totum sibi acquirere, tamen absque dubio resoluendum foret, quod æqualiter lucrum

274. crum esset partiendū inter patrem, & filium, iuxta d. l. 1. C. Profocio, l. Si non fuerint D. eodem tit. in terminis resoluunt communiter Doctores, Soccin d. cons. 92. num. 18. lib. 1. Dec. in l. Illud. C. de collationib. num. 10. Ripa. d. l. In quartam num. 158. Cuccus tractat. de legitima §. Rursus num. 49. Crassus quest. 31. n. 4. Mangilius supra num. 5. Cuius contrariū dicendum esset, si filius emancipatus existeret; nam is, si cum pecunia patris negotietur, clam ipso inuito, totum lucrum sibi acquireret licet peccet vtendo pecunia paterna inuitis parentibus, vt prosequitur Molin. d. disput. 234. num. 4. post medium, & num. penult. sicut etiam de iure Comuni, si filius, qui est in potestate negotietur de mandato ipsius patris, cum eius pecunia nihil sibi potest vindicare, cum non proprio, sed patris nomine negotia administret, & in hoc casu totum patris industriæ, & mādato tribuitur, vt resoluunt Doctores cōmuniter, per text. in l. Quod procurator ex re. 68. D. de procurat. Pichard. §. 1. Inst. per quos agere possumus n. 62. post Bart. ibidē tunc enim filius quasi institor cōsideratur, iuxta l. 3. D. de Inst. actione, idem Pichard. in §. 1. Inst. quod cum eo numer. 15. & ita in terminis resoluit Romanus consil. 469. num. 5. Riminald. in d. §. Instit. per quas nu. 74. Soccin. consilio 162. lib. 2. Corneus cons. 24. lib. 1. Ripa l. In quartam à num. 157. Valasc. supra num. 188. Mangilius d. quest. 34. nu. 6. & ideo

in hoc casu totum lucratum veniet partiendum inter fratres, quia est profectitium, vel iste filius negotiator, tenebitur in legitimam totum imputare, iuxta proxime citatos, & alios, quos ipsi referunt.

○ Potest etiam moueri dubium circa Ordinationem d. §. 16. Vtrum dispositio ipsius procedat, solum in casu, quo filius commoratur cum vtroque parente, & cum ipsorum bonis negotiatur, an vero amplianda sit ad casum, quo negotietur cū pecunia matris post mortē patris, quando cum matre insimul habitat, & de bonis cōmunibus alitur; & in hoc dubio pro parte affirmatiua vidētur facere verba Ordinat. d. §. 16. ibi (saluo se os ganhou com os bēs do pay, ou da mãy, vbi verbum illud (ou) quod latino sermone, id est, vel, alternatiuum est, & separationem inducit inter orationes regula in alternatiuis lib. 6. l. Plerumque ad fin. D. ritu, nuptiarum, l. Sape D. de verborum signifi. vbi Alciat. numer. 2. & Rebus. Valasc. consul. 113. & sufficit vt alterum membrum alternatiuæ verificetur, vt dispositio operetur d. reg. in alternatiuis in 2. part. cum ergo ponamus casum, quo filius insimul cum matre commoratur, & alitur de bonis suis, vel saltē communibus, & insimul negotiatur cum eius pecunia, videtur resoluedum generalitatem Ordinationis etiam militare, in hoc casu, ita vt, quicquid huiusmodi filius acquirerit, totum cedat lucro patris, vel

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

matris, nec filius debet aliquam partem lucri participare, *iuxta dispositionem Ordinationis d. loco.*

His tamen non obstantibus contrarium iudicandum censeo in casu proposito, nempe filium, qui cū matre commoratur, & de bonis cōmunibus sustentatur, si cum pecunia materna negotietur debere lucrari saltem dimidiā pro industria sua, *iuxta l. 1. Cod. Pro socio, & quæ supra de iure Communi, cum receptissima sententia diximus; Nam Ordinatio nostra, multum discrepat à iure Communi, & ideo, quo ad fieri potest restringi debet, cum ergo hic casus non sit expressus in illa, relinquendus est iuri Communi, nam regula iuris communis seruanda est in hoc regno, vbi lex nostra regia ab illa non deuiat, & ideo inducenda est doctrina leg. 1. D. de reg. iur. ibi (in quo vitata est.)*

276. Nec hac parte retenta obstat fundamentum contrarium, quia mēs, & intentio *Ordin.* identificatur cū nostra sententia, quia *Ordinatio* requirit, vt filius alatur de bonis parentum, & insimul, quod vterque parens viuat, vt patet ibi, (*& depois, que morrer o pay, ou mãy os irmãos partirão entre sy com o que viuo ficar*) ex quibus verbis, clarissime colligitur requiri in terminis *d. Ordinationis*, vt viuat vterque parens, & filius insimul cum vtroque cohabitet, & ab vtroque alatur, si autem pater, vel mater deficiat, iam sumus extra terminos *d. Ordinationis*, & re inci-

dimus in regulas iuris communis, de quibus supra. Nec alternatiua, qua *Ordin.* vtitur, ibi (*se os ganhou cō os bens do pay, ou da mãy*) maxime cū mater viuente patre nō habeat dominium rerum dotalium, *iuxta l. Doce ancillam C. de reuendic.* aliquid euincit, quia dabilis est casus, in quo mater res, & pecunias separatas habere possit, quæ non cōmunicentur cum marito, prout sunt bona paraphernalia, de quibus, *leg. vltima C. de pactis conuentis Barb. l. 1. part. 1. numer. 30. D. solut. matrimon.* vel alijs bonis, in quibus cesset cōmunicatio, & manere possint apud mulierem secundum dotalem conuentionem, de qua in *Ordinatione lib. 4. titum. 46. in principio, & per totū D. de pactis dotalibus*, & ideo sufficiet vt alternatiua verificetur in pecunia patris, aut matris, si dentur aliqua requisita, de quibus supra.

Properando ergo ad secundum membrum distinctionis, quando filius aliquid ex inhonesto, & reprobato lucro, prout ex usuris, ludo vel simili acquisiuit? In quo si demus casum apud nostros Lusitanos, in quo filius stat subiectus potestati parentis, & alitur de eius bonis, videtur etiam hoc sic ex reprobata negotiatione acquisitum parentibus acquirere integraliter, ex *Ordin. d. §. 16.* & ita fuit sententia glossæ iam supra relatæ, verbo, *ex substantia, in dict. leg. Cum oportet, & Baldus ibi, & alij, quos refert Riminaldus in §. 1. Institut. per quas personas*

personas nobis acquiritur numer. 78.

Verum contrariam sententiam sequuntur unanimiter Doctores, imo filium, qui illicite negotiauit, non teneri aliquid patri prestare, quia hoc totum sibi tanquam aduentitium acquirit, tenent Bart. num. 3. in d. l. Cum oportet Paul. num. 5. Salycet. & alij communiter, Alex. Aretin. & Bartol. per textum ibi in l. Quod seruus D. de acquirend. possessione Alexand. consil. 77. num. 5. lib. 5. Antonius Cuccus tract. de legitima §. Rursus num. 50. Ascanius de patria potestate effect. tu 2. num. 16. Ripa ad leg. In quartam num. 161. D. ad legem falcidiam, Riminald. in §. 1. Instit. per quas person. nobis acquir. num. 77. Aiora de partitionibus, part. 1. cap. 1. num. 7. Caldas dict. verbo l. sis num. 118. in principio, Mendes de Castro d. l. Cum oportet num. 27. Valasc. dict. cap. 13. num. ultimo, Mangilius de imputat. quaest. 35. n. 5. Iason. col. penultima Decius num. 12. in l. Illud. C. de Collationibus, Peres, Pelaes, & alij per Caldas, ubi proxime, Surd. d. quaest. 20. n. 26. & sequenti, qui omnes mouentur ex eo, quia in illicite aquisitis, nec patria, nec dominica potestas attenditur, iuxta d. l. Quod seruus; Cum ergo constet hoc luctum esse illicitum, nunquam potest ad patrem pertinere, deinde, quia certam est luctum turpe non venire ad iudicium diuisorium collationis, secundum l. 4. versiculo sed & si quid D. familiae ercisc. glossa l. Bona C. eod. titul. per ac consequens minime imputandum est. Ultimo,

quia nec in societate omnium bonorum veniunt illicite acquisita, per textum in leg. Quod autem § 4. D. Profocio, maxime cum ipse filius teneatur totum restituere vero domino, iuxta reg. cap. Conquestus, & cap. Cum tu de vsuris, ubi notant omnes. Nec obstat ratio glossae, quae reprobatisima est, per omnes proxime relatos. Nec etiam generalitas Ordinationis, quia ipsius dispositio nunquam potest extendi ad illicite quae sita, ut in terminis scribit Mangilius d. quaest. 35. num. 18.

Quid autem resoluendum erit, quando filius de mandato patris luctum acquisiuit? In quo dubio 278, constituendum est totum patri acquiri, quia filius in hoc casu gerit vicem nudi procuratoris, cui pater iussit, ut hoc, vel illo modo negotia retur, argumento, l. Qui proprio, §. Item quaeritur D. de procurator. l. 1. D. quod iussu, Bartol. d. l. Cum oportet, num. 3. Decius l. Illud Cod. Collation, column. fin. Bertrand. cons. 71. column. 2. lib. 1. Ripa d. l. In quartam n. 157. Mangilius dict. quaest. 35. num. 6. & num. 9. Gregor. Lopes ad d. l. 5. Molin. d. disput. 234. n. 7. alias versiculo quoad ius Castellae.

Superest pro complemento discutere quaestionem, quam excitat Surd. de abim. titul. 9. quaest. 20. quando pater fundum, vel similia dedit filio pro alimentis, qui pro industria sua illum coluit, ita ut abundantes fructus attulit, ex quibus non solum alimenta desumpsit, sed luctum

crum

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

279. crum etiam acquisiuit, an sit dicē-
dum aduentitium, an profectitium,
& in prædicta, quæstione, *glossa in*
d.l. Cum oportet, sentit profectitium
esse, ex eo, quia prouenit ex re pa-
terna, & quidquid filius percipit ex
re paterna profectitium dicitur *leg.*
In fideicommissis 3. §. Cum pollidius
D. de usuris, deinde, quia in cremētū
cedit rei paternæ *l. Si in area D. rei*
vend. & non solum, quod imme-
diate prouenit à patre, sed omne,
quod ipsius contemplatione ad fi-
lium peruenit, argumento *textus d.*
l. Sed & si §. In arrogato D. de vulga-
ri, & nos late supradiximus: ergo
veniet conferendum, *glos. sequuntur*
Alber. l. Si donatione Cod. de collation.
column. 2. versiculo si vero pater, Bald.
d.l. Cum oportet num. 5. Roland. cons.
53. num. 15. lib. 3.

Sed contrariam sententiam cō-
tra glossam tenet *Bart. ibi num. 1.*
Bertarq. de gabellis part. 2. quæst. 23.
versic. (ubdendum est etiā, quem sequitur
Surd. d. quæst. 20. à num. 6. vbi num.
15. ait non solum esse veriorē, sed
æquiorē, quod etiam sentit Saly-
cet. d.l. Cum oportet num. 2. pro qua
sententia facit, quia in incrementum
fructuum prouenit ex industria fi-
lij, sed omne, quod ex industria fi-
lij ad illum peruenit aduentitium
censetur, d.l. Cum oportet, igitur etiā
in hoc casu fructus iudicabuntur quid
aduentitium, nec tenebitur filius
illos imputare l. ult. C. de collation. &
de iure Communi hæc sententia,

semper à me amplectenda est.

Nec fundamēta contraria aliud
probant, quia licet verum sit lucrū
hoc prouenire, ex re patris, tamen
non censetur prouenire totum ex
ipsa re, sed prouenire censetur il-
lud tantū, quod fundus in potesta-
te paterna producere solebat; totū
autem augmentum, quod ex in-
dustria, & labore filij accevit, mini-
me dicitur prouenire ex re patris;
Nec dicta *leg. Si in area* in hoc casu
procedere potest, vt per proxime
citatos; Nam profectitium solum-
modo est illud, quod immediate
prouenit ex ipsa re paterna, vt ait
Bart. d. num. 1. l. Cum oportet, vbi pō-
derat dictionem (ex) quæ de sui na-
tura significat causam immediatā,
vt per *Crotum in repetitione l. Frater à*
fratre num. 5. D. de Condict. in deb.
vbi Corras. num. 106. Rolandus consil.
54. n. 9. lib. 3. Surdus vbi supra n. 19.
Et ideo in incrementum merito tri-
buendum erit industriæ filij, & tā-
quam aduentitium iudicabitur, &
liberum ab onere imputationis,
Surd. vbi proxime num. 23. Si vero
attendamus ad *Ordinationem Regiā,*
d. §. 16. cum filius sit cohabitans cū
parētibus, & alatur ex bonis ipsius,
existimo procedere dispositionem
ipsius *Ordinat.* ita vt totum lucrum,
quantuncumq; filij inductia acqui-
situm, dicatur profectitium, & ve-
niet in iudicium partitionum diui-
dendum, vel in legitimum imputā-
dum, vt supra resoluiimus.

Postremo quæro, de quæstione,
quæ

quæ quotidie mouetur inter fratres, si in fauorem filiorum decideretur, an scilicet filius, qui negotia in vita ipsius solerte negotiauit, vel familiam ipsius administravit, possit aliquid præcipuum pro illo labore retinere, tanquam salarium, quod non veniat imputandum; in quo dubio *Fulgos. in l. Illud num. 3. C. de Collationibus*, quem refert *Iason. ibi num. 8.* & sequitur *Gomes leg. 29. Tauri num. 24. versiculo ex quo subinfertur, Nauar. in man. cap. 17. num. 148.* ubi quando filius hoc protestatus est, admittunt hi, & alij Authores expresse filium posse retinere aliquid æquiualens ex paterna hæreditate, pro remuneratione sui laboris, & seruitij; Nam in humanum videtur, quod extraneus, si patri seruiret, deberet percipere premium, & stipendium sui laboris, filius autem minime, quam opinionem equam, & iustam appellat *Gomes*, quam in praxi semper sequeretur, testatur, si casus ad eum peruenisset.

Contraria vero sententia verior, & receptior est apud communiter scribentes, imo filium pro seruitio facto patri non posse aliquid percipere, quantuncunque protestatus sit; hanc sententiam tenent *Iason. d. l. Illud num. 8. Gregorius l. 3. tit. 20. part. 2. Lara in l. Si quis à liberis D. de liberis agnoscendis, §. Sed si filius n. 138. Gutt. de iuramento confirmato part. 1. cap. 5. à num. 19. Parlad. quotidian lib. 1. cap. 19. per totum Molin.*

de iustitia disputat. 234. num. 8. alias versiculo, quoad ius Castellæ. Flores de Menar. lib. 1. quæst. 8. §. 2. nu. 24. qui considerant filium dum in sacris paternis existit, teneri seruire ipsi patri, à quo alimenta percipit, argumento *l. 2. C. de patr. qui filios l. 2. C. Patria potestate*, maxime in reuerentiam amoris naturalis, quod nisi fecerit, pecabit contra præceptum naturale, ac proinde dicendū est filium salariū mereri non posse patri in seruiendo; Vnde cessat totum fundamentum contrariæ sententiæ; Nam quemadmodum pater tenetur ad omnia alimenta filij, iuxta §. *Ius naturale Inst. de iure naturali l. 1. §. Ius naturale D. de iust. & iure, cap. Ius naturale prima dist.* Nec talia alimenta veniunt ad imputationem, tum quia pater soluendo alimenta exoneratur à debito suo, tum etiam, quia alimenta non transmittuntur ad hæredes, sed finiuntur morte, *l. Cum hi, §. Si vni D. de transactionibus*, & quæ non transmittuntur ad hæredes, minime imputantur; *regula l. Omnimodo §. Imputari C. inofficioso testamento, facit leg. Quæ pater D. familia eriscunda post Bart. d. l. In quartam num. 11. Soccin. ibidem nu. 111. Ripa. 135. Menchac. d. §. 30. nu. 232. Bereng. d. l. In quartam cap. 3. num. 79. Sebastianus Medices tract. de compensationibus part. 1. quæst. 14. num. 5. Paris cons. 63. num. 46. lib. 2. Cephal. consil. 89. num. 20. Surdus de alimentis titul. 8. privilegio 57. Mangilius de imputation. quæst. 48. à n.*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

48. à numer. 2. cum sequentibus, Et ideo similiter filius administrando bona paterna, ac familiam regendo, quæ videntur ex eadem obligatione dimanare, stipendium non meretur, vt optime resoluunt omnes Doctores in initio pro nostra sententia citati.

183. Vnde consequenter inferitur, quod si filij non sint in sacris paternis, sed imo post mortem patris matri inseruiant, eius facultates colendo, & extirpando, recte poterunt ab ea, vel eius hærede petere salarium pro suis seruitijs; Ratio est, quia filius non tenetur matri seruire, quia non est in eius potestate. *Inst. de adoptionib. §. 1.* sicut nec mater tenetur alimenta illis præstare, cum habeant legitimam patris, à qua alimenta percipere valeant, vt eleganter probat *Lara in l. Si quis à liberis §. Si mater per textum ibi D. de liberis agnoscendis Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 103. num. 2. & per totam, & quæst. 100. & probatur ex l. Alimenta Cod. negot. gest. leg. penult. D. de liberis agnoscendis l. Neque mater Cod. de iure dotium. Ordinatio lib. 4. tit. 99. §. 2. 3. & 4. & sequenti Valasc. cum communi opinione cons. 92. num. 9. Lara vbi supra nu. 10. Molina de primog. lib. 2. cap. 15. à n. 3. Padilha in Authentica res, quæ, Cod. Communia deleg. num. 60. Molina de iustitia disp. 68. versic. mater cum seq.*

late Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 14. à num. 9. vbi infinitos refert, Vnde filius non tenetur illi seruire, ad quod facit Ord. lib. 1. tit. 87. §. 10. & §. 13. dum disponit quod mater tenetur filiū in opem alere, donec ipse sit capax ad in seruiendum, & ibi limitat Ordin. dict. locis, vt filius mereatur stipendium post septem annorum ætatem, argumento leg. Caterum D. de Reuendicat. & quæ Cabedo 1. part. decis. 162. nu. 5. optime Gama decis. 216. Lara l. Si quis à liberis §. Sed si mater num. 72. Bald. lib. 3. cons. 257. Bursat. cons. 83. à num. 11. lib. 1. optime, & eleganter Mena dict. lib. 1. var. quæst. 8. à num. 39. & in additionibus ad eundem Gamam decis. 216. vbi plures Doctores refert Parladorus d. cap. 19. num. 5.

Ex quibus constat, quod cum filius non teneatur matri seruire poterit ab ea repetere Salarium seruitiorum, vt ex Baldo in l. Si patronus C. communia vtriusque iuhicij, col. fin. refert iudicatum Valasc. cons. 32. & hic talis filius non tenebitur imputare tale salarium, & quod resoluimus respectu matris, & preuigni, vel noueræ, quibus non tenetur seruire, dicendum est Valasc. vbi proxime, quæ circa legitimæ imputationem dicta sufficiant, faciamus ergo gradum ad Falcidiam, & Trebellianicam.

SUMMARIA CAP. II.

DE FALCIDIAE IMPUTATIONE.



Mnia, quae heres capit titulo hereditario, in Falcidiam imputantur; sicut è conuerso, quae non capit iure hereditario non imputantur. num. 1.

Assignatur ratio primae regulae. num. 2.

Intentum introducenda Falcidia fuit, ut heres adiret. num. 3.

Quarta Falcidia est quota hereditatis. ibidem.

Intelligitur l. In imponenda C. ad leg. Falcid. ibidem.

Quaeritur, deducta Falcidia, apud quem maneat hereditas. num. 4.

Hereditas aliquando sumitur pro iure, aliquando pro rebus ipsis hereditariis. ibidem.

Legata, & fideicommissa non imputantur in Falcidiam. num. 5.

Proponuntur sex obiectiones contra praedictam regulam. num. 6.

Differètia imputationis inter Falcidiam, & Trebellianicam tota dependet ex Diui Pij constitutione. num. 7.

Intelligitur l. Neseuius 22. D. ad leg. Falcid. num. 8. & n. 25.

Praelegata vice mutua relicta imputantur. ibidem.

Intelligitur l. Qui non militauerat 78. D. heredib. inst. ibidem.

l. heredi D. his quibus ut indign. ibide.

Intelligitur dict. l. Neseuius versiculo plane. num. 9.

Si heres acceptet legatum pro Falcidia

censetur ipsi renunciare. num. 10.

Intelligitur l. Quod autem 75. versiculo sed si ad leg. Falcid. ibidem.

Intelligitur l. Si dignum l. In ratione 30. §. Vendere l. Qui fundum 87. D. ad leg. Falcid. num. 11. & 16.

Pretium ex re vendita iussu testatoris imputatur. ibidem.

Praelegata solum non imputantur pro parte cohæredis. num. 12.

Nemo à se ipso legatum percipere valet. ibidem.

Praelegata integra non imputantur. num. 13.

l. Quod autem versicul. itaque, intelligitur. num. 14.

Data heredi in vim conditionis non imputantur. num. 15.

Pretium succedit loco rei in iudicijs vniuersalibus, non autem in particularibus, nisi contrarium velit testator. num. 17.

Intelligitur l. Flius fam. §. Si quid alicui delegat. 1. num. 18.

Statu liber relictus si decem det, potest dare de peculio. num. 19.

Intelligitur l. Id autem 75. §. Sane D. ad leg. Falc. ibidem.

l. Quod statu liber 42 l. Quod conditionis 36. D. donationib. caus. mort. intelliguntur. ibidem.

An data pro modo implendo imputetur affirmatiua. num. 20.

Proponitur distinctio Caesaris. num. 21.

Defenditur negatiua. num. 22.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

- Intelligitur l. In ratione 30. §. Tamen si ad leg. Falcid. ibidem.*
- Ampliatur resolutio nu. 15. & nu. 22. Quod nec etiam in utilitatem dantis taliter donata imputentur. nu. 23.*
- Intelligitur l. à filio 93. ad leg. Falcid. num. 25.*
- Equiparatio inter legata, & data causa conditionis implenda non procedit num. 26.*
- An data inter vivos imputetur in Falcidiam, proponitur pars affirmativa. num. 27.*
- Probatnr negativa num. 28.*
- Intelligitur l. Cum quo §. ult. D. ad leg. Falc. n. 29. & 2. sequentib. & n. 31.*
- Verbum, dare, importat translationem domini num. 31.*
- Donata causa mortis, vel inter virum, & uxorem imputantur. nu. 33.*
- Defenditur contrarium nu. 34. nisi testator contrarium disponat. nu. 36.*
- Donationes causa mortis non equiparantur legatis in materia imputationis. num. 35.*
- Dos non venit in Falcidiā imputanda. n. 37. nisi testator iubeat. ibidem.*
- Testator potest heredem gravare, ut debitum cum Falcidia cōpenset. n. 38.*
- Filia tenebitur dotem imputare, si pater stipulatus sit illam sibi restitui, soluto matrimonio. ibidem.*
- Feuda, maioratus, emphiteusis, & similia non imputantur in Falc. n. 39.*
- Limitatur quando predicta bona fuerint hereditaria. num. 40.*
- Illae, quae filius acquirit ex hereditate patris ex alio titulo prater nomē heredis non imputantur in Falcid. n. 41.*
- Fruētus regulariter non imputantur in quartam Falcidiam. num. 42.*
- Proponitur distinctio Pauli Castrensis inter fructus collectos ex rebus legatis pure, & subconditione, num. 43.*
- Fruētus maturi tempore mortis testatoris imputantur. ibidem.*
- Intelligitur leg. In lege Falcidia 9. ad leg. Falcid. ibidem.*
- Fruētus nati tempore mortis testatoris imputantur. num. 44.*
- Idem dicendum de fructibus tantum satis. num. 45.*
- Fruētus Collecti hereditate iacente non imputantur. num. 64.*
- Hereditas fructibus augetur. n. 46.*
- Intelligitur l. Item veniunt §. Fruētus D. petit. her. l. 2. C. eodem.*
- Fruētus collecti hereditate iacente veniunt in fideicommissum vniuersale. num. 48.*
- Intelligitur l. Ita tamen 27. §. 1. D. ad Trebell. ibidem.*
- Hereditas iacens repraesentat defunctū. ibidem.*
- Fruētus collecti ex legatis conditionalibus imputantur. num. 49.*
- Intelligitur l. Quod de bonis 15. §. Fruētus l. Paulus 24. §. 1. l. Is cui 31. l. In lege Falcidia 45. l. Qui quadringenta 88. §. fin. l. Circa 66. D. ad leg. Falc. ibidem.*
- Fruētus legati post diem conditionis cessum debentur legatario. num. 50.*
- Filij primi gradus non tenentur fructus perceptos ex legato conditionalis imputare. num. 51.*
- Contrarium tenuere plures, sed reprobatnr. num. 52.*



QVARTA PARS CAP. II. DE FALCIDIAE IM- PUTATIONE.

Post legitimæ Imputa-
tionem peractâ, necesse
est, vt agrediamur Falci-
diæ computationē, quæ
vel fit de reb^o ipsis hæreditarijs, vel
de fructibus perceptis; agemus er-
go prius de rebus; & postea aliquid
de fructibus prælibabimus; circa
res duplex regula recepta est in iu-
re, prima affirmatiua, quod solum-
modo res illas, quas hæres capit
iure hæreditario, tenetur ipse in
Falcidiam imputare; secunda ne-
gatiua quod legata, fideicommissa,
vel data conditionis implēdæ cau-
sa, vel similia minime in Falcidiam
imputantur; prima regula probatur
ex *textu capitali*, & memorando, in l.
In quartam D. ad l. Falcid. leg. Quod
autem 74. D. eodem titul. Post Bartol.
Paul. Alexand. Ripa in d. l. In quar-
tam num. 24. & n. 64. Paul. de Mon-
tepico ibidem nu. 1. & 7. Alciatus n. 2.
Berengar. cap. 2. num. 10. post Gouean.
à principio, Casar Fiumagiolus nu. 65.
& num. 111. Torniel. num. 35. Fachi-
neus controuers. lib. 5. cap. 15. quæst. 1.
& 2. vbi bene confutat Cuiac. lib. 8.

obseruat. cap. 4. & melius lib. 2. respons.
Papin. super l. Quod statu liber D. do-
nat. causa mort. qui literam d. leg. In
quartam, corrumpere nixus est, Pe-
pigrin. de fideicom. articul. 3. num. 38.
Duaren. tit. ad legem Falcidiam cap.
8. §. sequentibus, post Bald. Politum,
& alios, ad leg. Filium, quem habentem
Cod. famil. erciscund. vbi Corras. à nu.
101. Rolandus consil. 27. nu. 4. lib. 1.
insignis Barbos. in l. Si cū docem, §. Si
pater D. solut. matrim. n. 10. Antonius
Faber de coniectur. lib. 6. cap. 3. & seq.
Donel. de iure Ciuili lib. 7. cap. 30. §. 1.
& lib. 8. cap. 26. §. 1. cuius decisionis
ratio maxime abscondita est; insu-
dant namque Doctores pro illa in-
vestiganda, vt videre est apud supra
citatos, & omisis sex rationibus
antiquorum, quas recenset Casar
vbi supra, à nu. 238. cum sequentibus,
Gouean. dict. num. 1. ait, quod hæres
ideo non tenetur legata, & cætera,
quæ iure hæreditario non percepit,
in Falcidiam imputare, quia etiam
repudiata hæreditate, poterat lega-
ta integra consequi, l. Et quidem 18,
D. de legatis primol. Quæsitum 93. §.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Duobus D. eodem titulo, l. Eum qui §. Pro parte D. de his quibus ut ab indign. Aliam probat insignis Barbosa dict. num. 10. quam scripserat etiam ad l. Deducta §. Numis D. ad Trebellian. in manus script. n. 1. Fachin. d. quest. 1. versic. quod attinet, dum ponunt rationem in eo, quod Falcidia deducitur secundum voluntatem testatoris, quæ colligitur ex titulo institutionis, l. 1. D. ad leg. Falcid. vbi hæres debet retinere quartam partem, hæreditatis, ibi (ne minus quam quartam partem hæreditatis) constat autem legata differre ab hæreditate, leg. Filium §. Sed si portio, D. de legat. præstand. Neque titulo Institutionis percipiuntur, igitur? Aliam rationem assignat gloss verbo, imputatur, in dict. l. In quartam, quam post multos sequitur Ioannes Mareus ad cap. Raynucius cap. 5. num. 10. nempe, hæredem, Falcidicum retinere omnia onera hæreditaria, Trebellianicum vero, non ita, sed pro rata tantum, §. Restituta Institut. de fideicom. hæreditat. alias rationes assignat Alciatus, lib. 6. paradoxor. cap. 4. Faber. d. lib. 6. cap. 3. post principiu, Duaren. 2. disputationu cap. 10. Donel. lib. 8. coment. cap. 26. §. Paulo aliter Corras. 2. Miscellan. cap. 1. Gothofredus ad dict. l. In quartam, littera, P. Cesar ibidem nu. 253. Bereng. dict. cap. 2. num. 18. sed non possunt admitti, quia magis deseruiunt ad iustificandam decisionem Martiani in d. leg. In quartam, dum decidit secundo loco, legata non

imputari in Falcidiam, de quo infra, quam ad corroborandam principalem decisionem, nempe in Falcidiam non imputari, nisi quæ iure hæreditario a testatore hæredi relinquuntur; quare in hoc rationum conflictu, puto dicendū, quod cū hæres Falcidicus subeat omnia onera hæreditaria, nec aliqua vadāt ad legatarios, quibus legata præstāda sunt, ex l. 1. C. si certum petatur, l. 1. §. Si hæres præcepto D. ad Trebell. deinde totale intentum legis Falcidiæ sit inuitare hæredem ad acceptandū hæreditatem, Iustum, & æquum apparuit apud Iureconsultos, ne in prædictam quartam imputentur nisi res, quæ iure hæreditario hæredi relinquuntur, quæ ratio satis iustificat decisionem d. l. In quartam, in principio, maxime cum hæres Falcidicus censeatur habere pro se voluntatem testatoris ex l. 1. D. ad l. Falcid. quæ omnia satis iustificat, decisionē Martiani, fundamentaliter: tamē substatinetur in rescripto Diui Pij, de quo infra in 2. regul. latius dicimus. Contra prædictā tamen regulam obstat, ut pungit Ripa in d. leg. In quartam num. 13. quod intentio legis, tam a tempore Iureconsultorum, quam etiam Imperatorum solum ea fuit, ut hæres inuitaretur ad adeundam hæreditatem, & testamenta conseruarentur l. 1. D. ad leg. Falcid. Principium Institut. eodem, sed hoc intentum æqualiter consequitur, siue hæres iure hæreditario, siue alio quocunque titulo particu-

2.

3.

particulari, quartam plene consequatur, igitur inepte se videtur *Martianus* restringere, ut solū accepta iure hæreditario imputetur. Cui obiectioni merito occurrit idē *Ripa loco proxime citato*, dicendo, quod hæres *Falcidicus* cum remaneat in solidum obstrictus oneribus hæreditarijs, equum visum fuit etiā apud Iureconsultos, ut magis faueretur in perceptione quartæ; quæ ratio satis suadet decisionem *d. leg. In quartam in principio*; nec contra potest replicari *de textu, in l. In imponenda, Cod. ad leg. Falcid.* dum decidit ante omnia in calculanda *Falcidia*, deduci æs alienū, quasi quarta *Falcidia* sit quota bonorū, quæ devenit libera hæredi ab omni onere debitorum, quia veritas est quartā *Falcidiam* esse quartā hæreditatis, ut probatur ex eademmet, *l. In quartam in principio, & ex l. 1. §. 1. D. eodem titulo*, ibi (*ne minus quam quartam partem hæreditatis*) agnoscunt omnes *ad d. l. In quartam*, ubi *Picus nu. 99. Berengar. inspect. 2. nu. 10. Casar num. 111. Ripa d. num. 13. Alciatus num. 1. reprobat Bald. & Alexand. & alijs*, qui quartam bonorum esse existimarunt, sed non iuridice; quia quarta hæreditatis est; ut per supracitados; nec obstat regula *d. l. In imponenda cum similibus*, quia textus non decidit debita esse persolueda realiter, antequam hæres adeat, & percipiat *Falcidiā*, sed aliud lōge diuersum, scilicet, quod postquam hæres adiuit, ut calculē-

tur legata, & contribuuntur inter se, ad effectum, ut cognoscatur excedant ipsa dodrantē, an non, prius deducendum esse æs alienum, quod hæres tenetur persolvere ex natura aditionis hæreditatis, *l. Hæredē D. regul. iur. cum vulgar*, ita ut bona, seu pecunia, ex qua soluendum est æs alienum adhuc penes hæredē remaneat, ut exinde persoluat creditoribus; unde inepte inferunt *Bald. & Alex. d. quartā esse quartā bonorum*, cum potius sit hæreditaria, optime *Picus d. num. 99. Ripa d. n. 13. Cuiac. in posthumis super d. l. In imponenda*; Secundo obijcit *Berengar. d. inspect. 2. num. 12.* contra suprapositam resolutionem, si quarta *Falcidia* est quarta hæreditaria, ut de proximo resoluimus; apud quem resident reliquæ tres partes, nam ipsæ non vadunt ad legatarios, qui titulo particulari legata percipiunt, *d. l. 1. C. si cert. pet.* respondet ipse *Berengar.* in hæc verba (*fatearis igitur necesse est totam hæreditatem penes hæredē perpetuo durare*) est ergo mens. *Bereng.* quod tota hæreditas manet penes hæredem; sed non satisfacit, quia certum est, penes hæredem suam quartam remanere, ipsamque virtute defalcationis, quam lex *Falcidia* in legatis introduxit; Quare advertendum est. Nomen hæreditas in iure dupliciter accipi, vel accipitur pro iure, quo conservatur hæreditas, vel pro rebus ipsis hæreditarijs; primo modo accipitur *in l. Hæreditas D. petitione heredit. l. Hæredi-*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

tas *D. acquir. rerū dom.* secundo vero modo accipitur, pro rebus ipsīs cōtentis in hāreditate, *in l. Hāreditas D. verbor. signific. & in l. 1. D. ad l. Falc. principiū Inst. de l. Falc.* Vnde ad obiectionem *Berengarij* iā patet solutio, si accipiatur hāreditas pro iure, tota stat consolidata in persona hāredis, ipse enim in totū creditoribus tenetur satisfacere, & omnia iura, & actiones defuncti ad ipsum hāredem transiere, *per totum Cod. hāreditar. actionibus*; Si vero secundo modo cōsideretur, sola quarta manet penes hāredem, & reliquæ tres partes diuiduntur inter legatarios pro portionibus legats; Ex quibus liquet prima assertio circa imputationem Falcidiæ, nempe in ea non imputari, nisi quæ iure hāreditario capiuntur.

Agamus de secunda regula negatiua in hac materia imputationis Falcidiæ, quod legata, & fideicommissa non imputantur in Falcidiam, probatur *ex dict. l. In quartam, ibi (non quas iure legati, vel fideicommissi) & ibi (nam hæ non imputantur in quartam,)* *l. Id autem, l. Quod autem eodem titul.* Notant vno ore scribentes post *Bart. Alexand. Paul. Succin. & antiquiores Picus, num. 9. & 10. Berengar. à numer. 17. Ripa à numer. 24. & Alciat. num. 1. Casar à numer. 131. Fachineus Barbosa Faber. Goueanus, & reliqui supracitati, Durenus d. cap. 8. §. Altera regula, Donel. dict. §. 1. dict. cap. 30. & dict. lib. 8. cap. 26. §. 1. cuius regulæ ra-*

tio illa est, quia cum certum sit in Falcidiam non imputari, nisi ea, quæ iure hāreditario capiuntur, vt supra in prima regula diximus, cōstat autem accepta titulo legati, vel fideicommissi, alio titulo diuerso capi, ergo bene consequitur non esse imputanda, vt optime proposuit *Martian. in d. leg. In quartam*; Habet tamen hæc secunda regula contra se grauissimas difficultates, quas post *Bart. & antiquiores* pungit *Berengar. d. num. 17. & sequentibus, Ripa à numer. 29. cum sequentibus*; & primo obstat, quod legata, & fideicommissa imputantur in Trebellianicam, vt constat *ex dict. leg. In quartam, versiculo, sed in fideicommissaria, & nos infra circa Trebellianicam late dicimus, igitur etiam in Falcidiam debent computari, quia in vtraque eadem datur ratio, §. Sed quia hāredes Institut. de fideicommiss. hāreditatibus, secundo obstat textus difficilis in *l. Nesenius 22. D. ad legem Falcidiam, leg. Filio 93. eodem titulo* vbi prælegata, quæ hæres à cohæredibus accepit, remouent Falcidiam, quia imputantur in eam, cōtra regulam negatiuam suprapositam; Tertio obstat *l. Quod autem 74. versicul. (sed si D. eodem titul. ad l. Falcid. vbi legata imputantur in quartam, & Falcidiam remouent*; Quarto obstat textus in *l. Si dignum 19. l. In ratione 30. §. vendere, l. Qui fundū 87. D. ad leg. Falcid. vbi si testator grauet hāredem fundum valentem centum, quinquaginta vendere,**

sola illa quinquaginta imputantur, quæ tamen iure prælegati accepta videntur. Ultimo, contra supradictam regulam obstat *l. Id. autem 75. §. Sane D. ad l. Falc.* vbi, si testator hæredi relinquat ab statulibero numeros peculiares, teneatur hæres illos in quartam imputare, quod videtur offendere suprapositam resolutionem; expendunt etiam aliqui *text. in l. Pater filiam 14. l. Cum quo de peculio 56. §. fin. D. illo titulo ad leg. Falcid.* vbi non solum accepta titulo particulari legati, sed etiam donata inter vivos, in quartam imputantur, igitur ex omnibus supradictis periclitatur hæc secunda regula.

Quibus tamen non obstantibus, regula negatiua à Marciano proposita, & à reliquis Iureconsultis verissima est; nec contra illam poterunt præualere argumenta supra facta; Primum enim petit rationem differentiæ, cur in Falcidiam non imputantur legata, vel fideicommissa, cum tamen in Trebellianicâ imputentur, quam varie præstant scribentes, vt videre est per citatos supra in prima regula, maxime, *Ripa à nu. 14. Bereng. à nu. 18. inspect. 2. Alciat. à nu. 1.* qui plures referunt, ita vt affirmet *Rip. d. loco* fuisse hunc punctum durum lapidē, qui semper steterit in dentibus maiorum suorum, & nos eodem modo affirmamus adhuc hodie durare eandem saxus duritiem, nam omnes rationes à Doctoribus cumulatae, & excogitatae non concludunt à priori decisionem *d.*

l. In quartam, vt supradiximus, sed omnes persuadent, & maxime illa, quod hæres Falcidicus nullo alio remedio allici poterat ad hæreditatem adeundam, nisi favore quartæ deducendæ, Trebellianicus vero cogi poterat per prætorem, vltra interesse quartæ, & ideo nil mirum, si multo maior Favor esset quartæ Falcidiæ impartendus, quàm Trebellianicæ, sed omnes supradictæ rationes, vt supra tactum est, solum suadent, sed non euincunt necessario decisionem *d. l. In quartam*, & cum posset dubitari de potestate Martiani circa inducendam prædictam differentiam, ex regula *textus in §. Responsa prudentum Instit. de iure naturali*, cum notatis ibi per scribentes, Ideo Diuus Pius speciali constitutione sua confirmavit totam decisionem *Martiani in d. leg. In quartam*, ibi (vt *Diuus Pius constituit*) quæ constitutio non est restringenda solū ad versiculū, sed & si accepta, circa data conditionis implendæ, causa sed etiã ad omnes casus decisos *in d. l. In quartam* est referenda, ex regula *cap. 2. requiris de appell. l. Talis D. legat. 1. post antiquiores insignis præceptor Brito ad cap. potuit de Locato §. 2. n. 13. Peregr. tom. 1. cõsil. 38. n. 17.* cū qua aduertētia forsitan noua, cessat fatigatio scribentium *ad d. l. In quartam*, & iam molis est redactus saxus durus, à *Ripa Bart. & Berengario*, & alijs supra consideratus.

Ad secundam difficultatē *de text. difficili, in l. Nesenius 22. D. ad legem*

Falcidiam, dum videtur prebare prælegata computari hæredi, in quartam Falcidiam; Respondent Doctores, vt per Picum num. 61. Ripa, numer. 17. Alciatus à numer. 14. Berengar. 1. inspect. nu. 54. in dict. leg. In quartam, quorum mentē sequitur Cuiac. lib. 17. questionum Pauli cap. 1. super eadē lege Tornielus in repetitione leg. Filium quem habentem C. famil. eriscund. numer. 6. Casar in dict. leg. In quartam à num. 100. & à num. 160. Marcetius ad cap. Raynucius cap. 5. numer. 34. Donel. 8. lib. comm. cap. 26. §. Sciendum, Post Gouean. ibidem, Peregr. artic. 3. num. 40. in terminis illius legis omnes cohæredes fuisse grauatos ad inuicē legata præstare, & insimul à Titia fuisse etiam extraneis legata relicta, ita vt computatis omnibus legatis tam cohæredum, quam extraneorum, Falcidia admitenda sit, in his terminis, Titia non potest defalcare legata cohæredibus relicta, deducendo Falcidiam, quia etiam vice mutua alia legata à cohæredibus percepit, quæ licet secundum strictum iuris rigorem non veniāt imputanda, iuxta d. leg. In quartam, tamen saltem ex æquetate repellēda est Titia, doli exceptione, à defalcatione Falcidiæ, tenetur enim compensare legata à cohæredibus percepta, saltem vsque ad concurrentem quantitatem, admissa scilicet compensatione ex voluntate testatoris, l. Postea quam 21. D. compensat. patet hæc responsio, ex ver-

siculo, non est audiendus, ibi (non est audiendus desiderans vt aduersus eum Falcidia beneficio, si id, quod percepturus est ex voluntate testatoris suppleat, quod deducere desiderat.) & in hoc sensu est similis decisio in l. Qui non militauerat. 78. D. hæredibus Inst. in primo responso, l. Hæredi D. his quibus, vt ab indign. secundum Cuiac. citato loco, & concorditer transeunt Doctores cum hac interpretatione; Fatigantur tamen quam maxime, circa constructionem, versiculi plane, in quo Paulus, obscurissimè, loquutus est, ita vt illum de confusione arguere possimus, verba versiculi, hæc sunt, plane ceteris legatarijs non vniuersum, quod cohæredi præstat, imputabit, sed quantum daturus esset, si nihil ab eo perciperet) quæstio à Paulo decisa in hoc versiculo, retento superiori themate, ea est; an prælegata, quæ Titia à cohæredibus præcepit, prodesse debeant extraneis legatarijs, quominus Falcidiā patiantur, ex legatis sibi relictis, supposito quod prædicta prælegata, remouent Falcidiam a legatis, quæ Titia ipsis cohæredibus persoluit, vt supradiximus; cui quæstioni tatisfacit Paulus, negatiuè, prout iam supra in prima quæstione, pronunciauerat, ibi (id quidem quod à cohærede, legatorum nomine percipitur, non solet legatarijs proficere;) scilicet extraneis; quod obscurius scripsit in d. versic. plane; consentiunt Doctores, quod hic sit sensus versic. plane, & ego etiam fateor de plano hanc

hanc fuisse mentem Pauli, cum Pico Ripa Berengar. Alciat. Goueano, Cuiac. Peregrin, Tornielus citatis locis; Attamen contendo verba Pauli, directe hoc non insinuare; ideoq;
 9. non recte Gouean. in glossa verbo, percepit, nec etiam Berengar. ubi (supra, nec Cuiac. illa proprie accepit, unde ex mente Alciati d. leg. In quar-
 tam numer. 15. quem sequutus est, insignis Barbosa in l. Deducta, §. Numis ad Trebell. in manuscript. num. 3. que post hæc scripta per legi, dic verba Pauli sic esse legenda in dict. versiculo, Plane, (plane ceteris legata-
 riy non vniuersum quod cohæredi præstat, imputabit,) scilicet Titia gra-
 uata, quasi sit sensus, licet Titia præstet cohæredi plus quam deducere poterat ex Falcidia, & tantundem à cohærede vice mutua percipiat, admissa compensatione, de qua supra, nō ideo extraneis illud totum, seu vniuersum prodest, vt minus præstent nomine Falcidiæ, sed solū prodest extraneis illa pars pro rata debita à cohæredibus ratione Falcidiæ, ac si nihil Titia cohæredes dedissent; Vnde extranei soluent illā Falcidicam portionem, quā essent soluturi, si Titia nihil à cohæredib⁹ legati, seu prælegati nomine accepisset; ac per consequens, verba sequentia, dict. versiculi plane, ibi (sed quantum daturus esset) non debent referri ad Titia grauatā, sed ad cohæredem, qui de legato à Titia sibi relicto, tenebatur dare eidem Titia portionem Falcidicam;

& in effecta præstaturus erat; nisi Titia ab ipso cohærede, vice mutua ex testatoris voluntate tantundem accepisset, quod satis demonstrant vltima verba dict. versiculi plane, ibi (si nihil ab eo perciperet) scilicet Titia grauata; quæ expositio dict. versicul. plane, re vera est illa, quam Paulus identice scripsit; nec alia conueniens assignabitur.

Ad tertiam obiectionem de leg. Quod autem, versiculo, sed si, quem Goueanus ibi, & Gothofredus tribuunt Iuliano lib. 40. Digestorum, dum pro-
 bat hæredem, cui a testatore relinquitur legatum, ne Falcidia vtatur, si legatum acceptet, non posse vti Falcidia, Respondent vnanimiter Doctores procedere ex tacita renunciatione, quam hæres post aditam hæreditatem facere valet, nam quemadmodum in potestate hæredis est post testamentum confirmatum Falcidia non vti, iuxta textum in l. Potest 71. D. ad legem Falcidiam, ita similiter potest, acceptando legatum, ex voluntate testatoris Falcidiæ renunciare, quasi permutando Falcidiam cum legato, unde caute locutus est Iurecōsultus in d. versiculo, sed si, dum ait (deneganda erit actio legati si lege Falcidia vti malit) quasi quarta Falcidia semper ei debeatur de rigore, attamē supposita voluntate testatoris, si ipse hæres legatum acceptet, vel per prætorem ex æquitate, vel per exceptionem doli, remouendus sit, vt recte duobus verbis de more explicat

Gouean.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Goueanus vbi supra, & in d. l. In quartam, glossa verbo, hereditaria, in l. Filius, quem habentem Cod. famil. ercisc. & ibi Bald. num. 12. Peregrin. de fideicommiss. artic. 3. num. 36. Caesar in d. l. In quartam num. 146.

Ad quartam oppositionem de text. in l. Si dignum, & de text. in l. In ratione §. Vendere l. Qui fundum 87. in principio D. ad leg. Falcid. facilius satisfiet, quia colligitur responsio ex litera eorundemmet iurium, in illis enim iubet testator vendere rem certo pretio, quo dato, iā hæres censetur accipere pretium iure hereditario, vnde nihil mirum, si veniat imputandum, ex regula prima à Martino proposita in d. l. In quartam, de qua supra, nam pretiū illud succedit loco rei iuxta textum in l. Si rem, & pretium D. petitione heredit. leg. Quia pretio D. de usufruct. & ideo hæres retinendo pretium, censetur res ipsas pretio venditas retinere, quas iure hereditario percipere fatendum est, in quibus terminis iura illa non offendunt regulam nostram negatiuam suprapositam, quam responsionem agnoscunt communiter scribētes ad illa iura, vt post Accurt. Bart. Alexand. & antiquiores tenet Goueanus in d. l. Si dignum, vbi Gothofred. litera, T. Cuiac. 9. responsor. Papiniani super l. Deducta §. Numis D. ad Trebellian. & lib. 61. Digestorum, Saluy Iuliani, super dict. l. qui fundum, in principio, Maretus ad cap. Raynucius cap. 9. nu. 9. & transiere repetentes ad dict. l.

In quartam, vt per Picum à num. 85. Alciat. num. 10. Rip. num. 57. Berengar. cap. 2. num. 59. & cap. 3. num. 20. Caesar à num. 147. & sequenti, & nu. 118. Succin. Iunior. num. 5.

Ad quintam difficultatem, de textu in l. Id autem 75. §. Sane ad legem Falcid. hic prætermittimus respondere, quia infra in questione circa data in vim conditionis plene dicemus; ad alia vero, quæ ultimo loco supra expendimus, infra agētes de Trebellianica satisfaciemus, ibi enim proprius erit locus.

Aggrediamur ergo elucidationem perdifficilis questionis in hac materia, an scilicet prælegata, quæ hæres grauatus ultra dodrantem, à cohærede percipit, in totū maneat extra Falcidiam, an saltem pro parte hereditaria debeant in illam imputari, quam questionē adeo difficilem fatetur Faber. lib. 6. de coniect. cap. 4. vt dicat nihil esse in toto corpore iuris ciuilibus difficilius, in quo puncto iam Bartolus professus est defficere ingenium suum, vt ex illo refert Caesar in d. l. In quartam, nu. 259. adiiciens quod re vera est Gordiani nodus, qui dissolui nō potest; in hac ergo questione communis sententia Bart. Angeli, & aliorum, antiquorum, quos sequitur Paulus de Monte Pico num. 81. Succinus Iunior num. 56. Caesar. num. 156. Peregr. de fideicommiss. articul. 3. num. 3. Duaren. d. cap. 8. §. Altera regula col. 3. ex medio Goueanus animaduersionum cap. pen. quæ sequitur Faber. d. cap. 4.

Cuiac.

Cuiacius lib. 8. responsorum Papiniani super l. Acceptis 92. ad l. Falcid. cum alijs tenet, legatum, seu prælegatū, (quod proprie dicitur illud quod à cohærede cohæredi relinquatur, ut optime cōprobat ex multis Gouean. d. cap. penult. Faber d. cap. 4. in medio, licet a Iureconsultis simplici nomine legari denominetur, ut videre est apud Martianum in d. l. In quartam, ibi (non quas iure legati) & in l. Quod autem 74. eodem titulo, ibi (quod quis legatorum nomine à cohærede accipit, l. Nesenius 22. eod. & passim alibi) à cohærede cohæredi relictum nō imputari solum pro parte dimidia, qua pertinet ad cohæredem soluentem, sed imputari pro alia dimidia quam cohæres legatarius percepit iure hæreditario, iuxta d. l. In quartam in princip. certū est enim, quod prælegata deducuntur ex toto acervo hæreditatis l. i. C. si cert. petatur, & videtur hæc pars confirmari ex eo, quia hæres sibi ipsi legatū præstare nequit, nec validum est, l. Qui filiabus 17. §. fin. cum l. Et quidem 18. D. legat. l. i. Plane 34. §. Duobus leg. Legatum 119. §. i. D. eodem titulo, l. In ratione 30. §. ultim. D. ad legē Falcid. Ulpianus in fragment. titul. 24. §. 22. & admitunt de facili Doctores ut per Boer. decis. 280. num. 7. Mantica de coniect. lib. 7. titul. 7. num. 11. Surdus consil. 253. num. 5. Peregrin. de fideicom. artic. 7. num. 2. & d. num. 38. Emanuel Mendes Card. in §. Si eadē Inst. de legat. illat. 10. n. 11. & n. 17. & 23. & ideo pro parte hæreditaria te-

netur cohæres accipiens imputare in quartā, quia iure hæreditario accipit, Deinde, confirmant ex l. Quod autem 74. versiculo, itaque D. ad leg. Falcid. vbi Iureconsultus solum partem illam, quam vnus cohæres ab alio percipit pro parte cohæredis soluentis eximit à Falcidia, maxime cum nullus alius sit locus in iure ciuili, ex quo colligatur esse limitanda iura suprascripta, dum constituunt legata non valere pro parte hæredis legatarij, sed manere in asse hæreditatis, tanquam quid hæreditarium, tunc sic philosophantur Doctores communis sententiæ, legatum hæredi relictum à se ipso non valet pro parte sua, sed est quid hæreditarium, constat autem illud, quod iure hæreditario percipitur, imputari, igitur saltem pro parte sua hæreditaria imputandum est prædictum legatum, que fundamenta multum vigent pro communi.

Contra communem tamen defendunt Goueanus sibi contrarius in d. l. In quartam num. 1. & in d. l. Nesenius, Fachineus d. lib. 5. controuers. cap. 15. versicul. At cum agitur de leg. Falcidia, & versiculo, puto igitur, Casar vbi suprà à num. 134. qui existimant prælegata non solum pro parte cohæredis soluentis, sed etiā pro parte cohæredis legatarij, & recipientis non imputari in Falcidiam, probatur ex d. leg. In quartam in principio ibi (non quas iure legati, accepit) & ibi (nam hæc in quartam non imputantur) scilicet

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

scilicet in totum, nec etiā pro parte hæreditaria; est in idem *text. in leg. quod autem 74. D. ad leg. Falcid.* ibi (*itaque quod quis legatorum nomine à cohærede acceperit, in quadrante ei nō imputatur*) vbi etiam Iureconsultus loquitur absolute, & hoc ellicit, inquit *Gonean proxime*, fauor hæredis, vt totum legatū seu fideicōmissum extra quartam sit, ac si nulla pars quoad imputationem iure hæreditario caperetur; & cōfirmatur hæc sententia ex *d. l. In quartam, versiculo, sed in fideicommissaria*, ibi (*pro ea vero parte, quā accepit à cohærede extra quartam est, id est, quod à cohærede accipitur*) in quo versiculo, Martianus totus est, in manifestanda differentia, quæ reperiebatur inter vtranq; quartam Falcidiam, scilicet, & Trebellianicam, quoad intentum imputationis, dixerat in principio in Falcidiam, nihil de legato, vel fideicommissio etiam pro parte hæreditaria imputari, postea loquutus est circa Trebellianicam, per aduersatiuam, ad illud, quod in Falcidia prædixerat, vt omnes fatentur, & resoluit in Trebellianicam imputari legata, & fideicommissa saltem pro parte hæreditaria, non autem imputari pro parte cohæredis soluentis, nulla sane daretur differentia inter vnā, & alteram quartam, si imputatio in vtraque esset identiqua, quod fundamētū maius omni solutione iudico ad sustinendam hanc opinionem contra communem, ideoque puto dicendum

in Falcidiam non imputari legata, nec fideicommissa, nec etiam pro parte hæreditaria, ratio huius decisionis, *d. l. In quartam in principio*, est quia licet verum sit secundum rigorem, & subtilitatem iuris ciuilibus, vt pars prælegati iure hæreditario capiatur *d. l. Qui filiabus §. fin. dict. l. legatum 119. §. 1. D. legat. 1.* fauore tamen hæredis cōtrarium decisum fuit in *d. l. In quartam*, vt ipse hæres magis alliceretur ad hæreditatē acceptandam, induxit Martianus fictam separationē illius partis prælegati, quæ alias iure hæreditario capi debebat, vt tota censeatur capi à manu cohæredis, qui effectus, cū sit contrarius rigori iuris, non Martino Iurisconsulo tribuendus est, sed potius Diui Pij constitutioni, in qua fundatur tota illa celebris decisio *d. l. In quartam*, ita vt nulla ex parte pars legati, seu fideicommissi in Falcidiam imputetur, vt supra resoluiimus, & habet pro se Constitutio illa Diui Pij voluntatē testatoris, qui prælegando vni ex hæredibus, censeatur velle, vt omne illud prælegatum præcipuum obtineat liberum ab omni imputatione; & hac sententia retenta non obstant fundamenta contraria pro cōmuni; nam litera *dict. l. In quartam*, magis fauet nostræ sententiæ, quæ communi; Deinde; illud, quod medieta prælegati capitur iure hære- 14
ditario, fatemur de rigore iuris, at tamē quoad computationem Falcidiæ, inducēta est à Diuo Pio illa
ficta

ficta separatio per quam prædicta pars non iure hæreditario, sed totum iure legati aperte cohæredis censetur acceptum; Neque l. *Quod autem* 74. versiculo *itaque*, aliud probat, recte enim intelligitur secundum tenorem d. l. *In quartam*, secundum nostrum novum, & verum intellectum, quo remouentur omnes argumentationes quas communis excogitare potest.

Prosequendo igitur ulterius imputationem Falcidiae, quero an donata in vim conditionis veniant imputanda, in Falcidiam, in quo dubio, negatiuè respondet textus in d. l. *In quartam*, ibi (*non quas implenda conditionis causa*) iuncto ibi (*nam hæ non imputantur*) consonat versiculus, *si quid vero in fine, eiusdemmet legis*, l. *Id autem* 75. l. *Quod autem* 74. l. *ad veterani* 40. §. 1. *D. ad leg. Falcid. leg. Legatus* 65. l. *In ratione* 30. §. *Tam & si*, secundum verum intellectum, *Duaren. lib. 2. disput. cap. 10. Alciat. lib. 6. Parad. cap. 4. & in d. l. In quartam, num. 13. vbi post Bart. Rip. nu. 6. Torniel. num. 22. Gouean. num. 5. Casar frumagiolus num. 147. & num. 155. Peregrin. de fideicom. articul. 3. num. 43. Faber de coniect. lib. 6. cap. 3. à principio, insignis Barbosa, l. Si cum dotem §. Si pater, num. 29. D. sol. matrim. Donel. lib. 8. com. cap. 26. §. Hac de his ratio huius rei secundum omnes supra citatos ea est, quia ea quæ hæredi dantur causa conditionis implendæ mortis causa capi dicuntur, non autem iure hæreditario, per tex-*

tum, in l. *Si quis sub conditione* D. *si quis omiſſa causa testamēti*, l. *Marius* 53. *D. condit. & demonst.* l. *Id autem* D. *ad l. Falcid.* constat autem quod ea quæ iure hæreditario non capiuntur, non imputantur in Falcidiam, igitur; Insurgit tamen *Bart.* contra hanc resolutionem, *opposit. 10. & sequenti, de text. in l. Si dignum* 19. *D. ad leg. Falcid.* vbi si testator grauat hæredem, vt fundum Titio pro viginti vendat, illa viginti quæ videntur capi causa conditionis implendæ, in Falcidiam imputantur; Secundo opponit *Bartel. de l. Qui fundum* 86. *D. eodem tit. ad leg. Falcid.* vbi similiter testator qui solummodo habebat in bonis centum in fundo, si grauet hæredem, vt dictum fundum pro quinquaginta vendat, & tradat Titio, tenetur illa quinquaginta à Titio recepta in Falcidiam imputare, cum in vim conditionis censeantur data, conducit textus in l. *In ratione* 30. §. *Tam & si* *D. eod. tit.* Tertio oppugnatur supraposita resolutio ex textu in l. *Id autem* 75. versiculo sane, *D. ad leg. Falcid.* vbi postquam Caius proposuit regulam negatiuam, quod conditionis implendæ causa accipitur in Falcidia non imputatur, subiungit limitationem, quod si heres accipiat ab statu libero numos peculiares tenetur eos in Falcidiam imputare, quando etiam in vim conditionis eos accipit, quia iure hæreditario eos censetur habere vt idemmet Caius adiecit.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

16. Quibus tamen non obstantibus prædicatum nostrum suprapositū verissimum est, utpote deductum ex visceribus dictorum iuriū quæ supra citauimus. Nec *Barcoli* obiectiones plurimum urgent; nam ad primam respondetur maximam faciendam esse differentiam, inter illa quæ nomine prætij ab hærede accipiuntur, nam priora minime in quartam imputantur iuxta *d. l. In quartam, cum supra citatis* posteriora vero imputanda sunt, ut recte docent iura à *Barcolo* adducta, & agnoscunt Doctores communiter per *Rip. num. 57. Berengar. artic. 2. num. 57. Casar ubi testatur de Comuni nu. 147. ad d. l. In quartam, post gloss. in d. l. Qui fundum*, ratio inter utrunq; casum assignatur à Iureconsultis utrobique, quia donata pro conditione adimplenda tantum mortis causa capiuntur, nō autem iure hæreditario; At vero quando testator iubet rem hæreditariam vendere pro certa quantitate, iam prætij illud succedit loco rei, & censetur accipi ab hærede iure hæreditario, ut iam supra cum multis resolui-
mus, *Casar ubi supra nu. 148 Ioannes Mareus ad cap. Raynucius supra cap. 6. num. 9. Gouean. in d. l. Si dignum, ubi etiam Gothofred. litera, T, Cuiac. 9. respons. Papinian. super leg. Deducta §. Nummis D. ad Trebell.* certum est enim in iure, prætia rerum succedere loco ipsarum, *leg. Si rem, & prætijum D. petitione hered. l. Labeo §. Sabinus D. de verborū signif.*

l. Imperator 72. §. ultim. D. legatis secundo, sed res hæreditariæ si extarent, procul dubio erant imputandæ ex *Martiano in d. l. In quartam*, igitur similiter prætij eorū, Nec contra hanc nostram verissimam interpretationem obstare potest, dicendo prædictam doctrinam nō posse applicari terminis suprapositis, quia prætijum tunc succedit loco rei quādo sumus in Iudicijs vniuersalibus, ut patet ex iuribus supra citatis, non autem, quādo tractatur de Iudicijs particularibus; ut prabatur ex *l. Qui vas 49. §. fin. D. de furt. l. Si seruum §. ultimo D. de verbor. oblig. l. Venditor 21. D. hereditat. vel actione vendita, Tiraquel. de retract. part. 1. §. 32. glos. 1. num. 21. & sequentibus Afluctis decisione 369. nu. 4. Barbof. 3. part. Rubrica D. solut. matrimon. numer. 73. Caldas de renouat. quæst. 3. numer. 18.* Vnde cum in particularibus prætijum non succedat loco rei, nec etiam ex vltima voluntate poterit succedere iuxta *leg. Filius famil. §. Si quid alicui D. de legatis primo*, considerat *Casar supra numer. 150.* Prædictæ autem obiectioni respondet idem *Casar numer. 152.* in omnibus iuribus supracitatis circa quorum intellectū, insudamus, agi de Iudicio vniuersali, non autem de particulari, patet ex dicta *leg. Si dignum leg. Qui fundum cum alijs*, quæ licet de re particulari loquantur, tamen cum conficiant totum corpus hæreditarium considerantur iudicia vniuersalia, ut in

17.

18.

05 ut in principio Inst. de rebus corporal. &
 in corporalibus; Sed hæc responsio
 nõ placet, dissonat enim iuris prin-
 cipijs, nullibi enim legitur res par-
 ticulares hæreditarias effici, seu cõ-
 siderari res vniuersales, seu quid
 vniuersale, vt intuenti constabit;
 Quare melius respondet Corrasius
 in d. l. Filium quem habentem, C. fam.
 excise. num. 113. quod licet verum
 sit in particularibus iudicijs prætiũ
 non succedere loco rei, tamen in
 vltimis voluntatibus ex potentia
 ipsarum, si cõstiterit testatorem sic
 voluisse, & ita iussisse absq; dubio
 succedet, vt aperte nobis probat d. l.
 Si dignum. 20. cum supra relatis, in
 quibus impossibile erat vt prætium
 in quartã imputaretur, nisi ipsum
 iure hæreditario capi censeretur,
 iuxta Martiani decisionem d. l. In quar-
 tam. Nec aliquid facit Cæsaris cõ-
 sideratio de text. in d. l. Filius fam. §.
 Si quid alicui, D. legat. 1. quia text.
 18. ille si recte expendatur Corrasij pro-
 bat resolutionem, & nostram, nam
 ibi dicitur quod si legatarius ratio-
 ne proprii impedimenti, rem lega-
 tam capere nõ possit, nihilominus
 æstimatio debebitur ex voluntate
 testatoris, qui sciens, de impedi-
 mento legauit, vt optime profequi-
 tur Molina de primogen. lib. 1. cap. 13.
 nu. 86. Menoch. lib. 4. præsumpt. 120.
 num. 4. & nu. 6. & tamen prætium
 non succedit loco ipsius rei, quia
 præsumitur testatorem sic voluisse,
 vt legatum vires caperet, ne alias
 cogamur interpretari ipsum testa-

torem in vtiliter voluisse, contra re-
 gulam l. Quoties de rebus dubijs quam
 ornant Menoch. lib. 6. de præsumpt.
 præsumpt. 4. Paleotus de not. cap. 57.
 num. 6. Martiana lib. 3. de coniect. sit.
 1. à principio Peregrin. de fideicom. art.
 12. num. 12. insignis Barbosa in l. Qua-
 dotis D. solut. matr. num. 1130. Castillo
 tom. 4. cap. 14. à principio, & cap. 29.
 & cap. 30. per totum, & cap. 32. num.
 48. Vnde hæc illatio verissima, quid
 si testator vellet vt æstimatio habe-
 retur loco rei, nec res, nec æstima-
 tio deberetur, quemadmodum si
 testator vellet, vt prætium, pro quo
 iubet hæredi rem hæreditariã ven-
 dere, succedere loco rei, absq; dubio
 succedit, & imputabitur, vt probat
 d. l. Si dignum, d. l. Qui fundum, d. §.
 Vendere, prout recte interpretatur
 Gouean. Gothofred. & communis su-
 pra relata Ripa n. 64. Berengar. artic.
 vltim. num. 126. Vnde iam cessat se-
 cunda obiectio Bart. de qua supra
 de d. l. Qui fundum in principio.

19. Totus labor stat in satisfaciendo
 tertiæ obiectiõni, dicta leg. Id autem
 75. §. Sane, sed omissis glossæ, &
 aliorum solutionibus maxime Go-
 uean. in d. versic. sane. vbi etiam Go-
 thofredus, litera, R. Peregrin. de fideic.
 artic. 3. nu. 43. & melius omnibus
 Cuiac. lib. 2. respons. Papiniani super
 l. Quid status liber 41. D. donationibus
 causa mortis, qui recte intelligunt d.
 versic. vt procedat secundũ tenorẽ d.
 l. Quod status liber, & l. Quod cõditionis
 36. D. eod. tit. de donat. causa mortis,
 quãdo seruus grauatus est dare hæ-

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

redi pecuniā, ex peculio quod penes se habebat, quod peculium hæreditarium esse nemo ignorat *l. 1. C. peculio eius qui liber esse l. Certum C. familiae erciscund.* & tamen seruus pro libertate consequenda potest, dare nummos peculiare, quod favore libertatis admissum esse, nos docet *text. in leg. 3. §. 1. ibi, receptum est enim ut seruus peculiare quoque nummos dando perueniat ad libertatē, & in §. Cum igitur, ibi constat enim statu liberum de peculio posse dare) D. de statu liberis l. Si quis ita 13. §. 2. D. eod. tit. de statu liberis.* Vnde cum in terminis, *d. versiculi sane,* seruus liber relictus sit sub conditione, si decē det hæredi, dando nummos peculiare, ut patet ex dictis iuribus, & in super heres tenetur dictos nummos peculiaret in quartam imputare, quia licet illos non capiat iure hæreditario, ex titulo acceptionis, atamen ipsi nummi sic accepti cum sint res hæreditariæ necessario iure hæreditario capi dicuntur, & ideo merito imputantur, in quartā Falcidiā, Vnde iā clara fit æquiparatio, quā *idem textus in d. l. Id autē in fine,* facit inter huiusmodi nummos peculiare, & legata caduca, quæ semper imputantur, tanquā res hæreditariæ, quia de ipso corpore sunt, ita etiam nummi peculiare, licet dentur ab statu libero, tamē sunt de corpore hæreditatis, & iure hæreditario capi dicuntur, ut per supracitatos.

Consequēter dubitari cōsuevit, utrum data pro modo, à testatore

scripto implendo, veniant imputanda; In quo dubio *Accursius in l. In ratione §. Tam & si Bart. in d. l. In quartam oppos. 11. cōmunis per Succin. ibid. n. 60. Casar n. 153. Bereng. art. ult. n. 20.* tenent data hæredi pro modo implendo, imputanda esse in Falcidiā, mouentur ex *decisione textus in d. l. In ratione 30. §. Tam & si, D. ad l. Falcid. ibi (tamen id, quod non figura conditionis accipere iussus est ab eo, cui hæreditatē restituere rogatus est, Celso, & Iuliano nostro placuit cōputari)* qui textus loquitur proprie de quarta Falcidia, & postquā in principio proposuit regulā de dato conditionis implēdæ causa, ne veniret imputandum, subiungit prædicta verba, quæ insinuant reliqua, quæ non figura conditionis, sed in vim modi hæredi præstantur, imputanda esse, & hoc est vnicum prædictæ cōmunis sententiæ fundamentū.

Verum a cōmuni recedit *Casar d. loco n. 154.* distinguendo in hunc modum; nam vel modus adiectus est per testatorem, dispositioni, vel tantū dationi, si adiectus est dispositioni, tūc nullo modo sic data imputanda sunt in quartam Falcidiā, *d. leg. In quartam, versiculo, sed & quod cōditionis,* & quæ supra resoluiimus, si vero modus apertus est dationi, tunc cum dicantur prouenire ex iudicio testatoris imputabuntur, ut ipse contendit probare *ex d. §. Tam & si, & ait esse de mente Bart. dict. oppositione 11. in dict. l. In quartam, vbi Tornell. num. 30.* Sed hæc distinctio *Ca.*

Etio *Casaris*, & *Tornielli* verbalis est, ut ex ipsa apparet; nec vlla ratio differentiae inter vtrunque casum, ab ipsis praestatur, nec re vera praestari potest, quia nulla est; Nam quid interest data pro modo implendo ad effectum imputationis, quod sit modus appositus dationi, an dispositioni, cum vtroq; casu semper sit verum dicere huiusmodi data non accipi iure haereditario, in quo stat tota vis imputationis.

22. Quare in destincte dicendum existimo contra communem, data haerediti pro modo implendo, minime imputationi Falcidia subijci, nam si data causa conditionis implende non imputantur, ex eo quia mortis causa capiuntur, & non iure haereditario, cur venient imputanda data pro modo implendo, quae similiter iure haereditario non capiuntur, constat ex dict. l. In quartam, in principio, ibi (quas iure haereditario capit,) agnoscunt communiter scribentes ibi, ut per Ripam n. 14. & in terminis magis huic nostrae sententiae assentit *Torniellus d. n. 30.* Nec communem probat d. §. tam et si, in verbis supra relatis, quia si attendas non loquuntur de datis pro modo implendo, sed de datis simpliciter haerediti ex iussu testatoris, quo casu, consideravit Iureconsultus sic data, non in vim conditionis, nec in vim modi, sed magis pro pretio rerum, & in recompensationem ipsarum data censeris, ideoque merito Iureconsultus testatur esse imputanda, &

hic est genuinus sensus illius literae, & latius infra circa Trebellianicam dicemus, ut interpretatur *Faber 6. de coniect. cap. 3. in med. Peregr. de fideicom. articul. 3. num. 42. ad finem.* Deinde textus ille in praedictis verbis; retenta communi quam retinendam testatur *Goveanus ibi*, non loquitur de quarta Falcidia, sed loquitur de quarta Trebellianica, in qua alia contraria dispositio sequenda est, ut infra cum de Trebellianica egerimus latius demonstrabimus, in illa imputari data in vim conditionis, modi, vel quocunque alio titulo.

23. Ex quibus immediate subsequitur discutienda quaestio illa, an data in vim conditionis, aut pro modo implendo veniant imputanda in Falcidiam utilitatem illius qui dedit, saltem virtute exceptionis, affirmatiuam sententiam defendit *Accursius in d. l. In quartam, verbo, legatarius, & in l. Qui fundum 87. D. ad leg. Falcid. Bart. in l. Ad veterani illo titulo. Bald. in l. Filium quem habentem C. famul. ercisc. num. 8. Succin. Junior. ad d. l. In quartam num. 57. vbi etiam Berengar. nu. 69. qui omnes mouentur ex decisione textus in l. Neseius 22. D. ad l. Falc. & in l. a filio 93. D. eod. tit. vbi praelegata imputantur in Falcidiam respectu cohaeredum, qui illa persoluant, cum tamen certum sit praelegata non imputari in Falcidiam, cum iure haereditario non percipiantur, dist. a leg. In quartam, & agendo de*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

legatorum imputatione late diximus supra, Ergo similiter data in vim conditionis, saltem in fauorē dantis, per exceptionem debent repellere Falcidiam; secūdo, quia lex, quæ loquitur in vno ex æquiparatis, etiam in alio procedit, glossa receptissima in l. Si quis seruo, C. de furtis Barb. l. Si constante D. solut. matrim. nu. 98. Surd. de aliment. titul. 2. quæst. 10. num. 2. sed accepta iure legati, vel fideicommissi, æquiparantur his, quæ dantur in vim conditionis, vel in vim modi, iuncta d. l. In quartam in 2. parte, igitur. Tertio quia accepta in vim modi, vel conditionis, eādem continent utilitatem, respectu hæredis recipientis, quam continēt legata, vt patet, sed legata remouēt Falcidiam, saltē virtute exceptionis: ergo etiam data in vim conditionis, & in vim modi, illam remouere debent.

24. Sed merito contrariam sententiam tenentur magis communiter Doctores, *Accursius sibi contrarius ante omnes in l. penult. Cod. ad leg. Falcid.* & ibi Cynus, Politus in dict. l. Filium quem habentem numer. 56. vbi Corras. num. 48. Picus ad d. l. In quartam num. 80. Ruinus ibi nu. 10. Ripa num. 62. Casar à nu. 165. Torniellus num. 44. qui indistincte negant data pro conditione implenda, vel in vim modi, nec etiam pro utilitate dantis remouere Falcidiam, ducuntur in primis, ex generalitate d. l. In quartam, dum negat similem imputationem; Deinde, quia accepta

causa conditionis implendæ, non accipiuntur iure hæreditario, sed quæ iure hæreditario non capiuntur minime veniunt ad imputationē, cū hæc non dicantur posita in dispositione, d. leg. Si quis sub conditione D. si quis ommissa causa testam. Tertio pro hac parte facit text. in l. Si fundus legatus 65. D. ad l. Falc. vbi si legetur fundus dignus quinquaginta sub cōditione, si legatarius quinquaginta dedisset, valet legatum, & potest lex Falcidia in eo habere locum, & tamen quinquaginta fuere data in vim conditionis, ergo nec etiam in utilitatem dantis, sic donata saltem per exceptionem, Falcidiam remouent.

Et hac parte retenta, quæ vera est, non obstant fundamenta pro cōtraria supra scripta; Ad primum namque, & principale de text. in l. Neseius,; Respondemus, textū in nihilo contrariari nostræ sententiæ, si enim bene aduertas, textus in d. l. Neseius, & in d. l. à filio, procedunt solummodo in legatis mutuis, quādo vterque cohæres grauatur ad inuicem legata præstare, in hoc enim casu merito, saltem per viā exceptionis, succurritur possessori, ne teneatur Falcidiam pati, pro quantitate, quam ipse ex prælegato præstare cogitur, quod Iureconsultus Paulus coniecturatur ex voluntate testatoris, ibi (non est audiendus desiderans vt aduersus eum Falcidia beneficio, si id quod percepturus est ex voluntate testatoris suppleat quod deducere desiderat

desiderat) naturalis nanque æquitas suadet, vt si tu vis, vt ego in vtilitatem tuam adimpleam voluntatem testatoris, præstando tibi integrum legatum, tu etiam parem gratiam mihi referas, soluendo legatū absq; ulla Falcidiæ detractiōe, vt satis insinuant verba *d. l. Neseius, & d. l. à filio*; quæ ratio naturalis æquitatis defecit in datis, causa conditionis implendæ, quia hæc non intelliguntur prouenire à testatore, in gratiã hæredis accipientis, sed tantum in gratiam soluentis, vt conditio habeatur pro impleta, & ipse possit legatum, tanquam purum, petere *ex regula leg. Mæuius, cum vulgar. D. de conditionib. & demonstrat.*

26. Nec obstat secundum argumētum de, æquiparatione datorum in vim conditionis, & legatorū, quia satisfit, si aduertas æquiparationem tunc procedere, quādo facta fuerit in omnibus, non vero, quādo tantū in vno casu, quia non est admitenda extētio, ad alium non æquiparaturū, imo longe diuersum prout est materia imputationis, circa Falcidiam, vel Trebellianicam, in quibus diuersæ militant regulæ *d. l. In quartã*; vel aliter respōdetur, quod æquiparatio in hoc casu tantūmodo procedit in sensu negatiuo, videlicet, tam legatum, quam datū in vim conditionis nō imputantur in Falcidiã, ex qua æquiparatione negatiua minimè inferri potest, ergo quando legata imputantur in vtilitatem, dantis; etiam data in vim cō-

ditionis imputari debent, quæ est illatio affirmatiua, in qua datur diuersissima ratio, nam in legato datur voluntas testatoris insimul cum æquitate, in dato autem in vim cōditionis, non datur voluntas dispositiua, vnde nihil mirum, si legata imputentur, saltem per viã exceptionis, data autem in vim conditionis, minime; vt bene considerat *Cæsar Frumagiolus in d. l. In quartam num. 168.* Tertium, & vltimum contrarium de facili tollitur, si dicamus, quod formalis ratio imputationis non consistit in vtilitate recipientis, nam si hæc esset, omnia quocunq; modo data, seu hæredi venientia imputarentur, quod *Martianus negat, in d. l. In quartam*, vbi solum accepta iure hæreditario Falcidiam remouent, idque ex rationibus supra relatis, vnde cum data in vim conditionis non capiantur iure hæreditario, sed magis mortis causa, ideo non deseruiunt imputationi, maxime, cum voluntas testatoris, & æquitas quæ in legatis mutuis cōsideratur, deficiat in proposito.

27. Controuersa etiam questio est, vtrum donata, inter viuos, veniant imputanda in Falcidiam, quã quæstionem affirmatiuè decidere videtur *textus singularis, & difficilis in l. Cum quo 56. §. fin. D. ad Falcid.* dum decidit, quod, si quis dominus centum aureorum, viginti quinq; alicui in vita dederit, quem postea hæredem instituit, & grauauit ultra

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

dodrantem, talis hæres Falcidiam deducere nequit, quasi testator ex eo, quia viginti quinq; ipsi hæredi dederit in vita visus sit prouidere circa Falcidiam, audiamus Iurecōsultum; (sæpius euenit ne emolumentū eius legis hæres consequatur nam si cētum aureorum dominus, viginti quinq; alicui dederit, & cum instituerit hæredem, & dodrātem legauerit, nihil aliud sub occasione legis Falcidie interuenire potest, quia viuis videtur hæredi futuro prouidere) notat glossa, ibi Bartol. & communiter scribentes, & in l. In quartam, vbi Bart. num. 9. Ripa 31. Picus. 176. Alex. 24. & consil. 50. n. 15. lib. 2. Franciscus Beccius consil. 29. Decius in l. Illud, C. de collationib. ad finem, Menchac. ad l. Omnimodo, §. Imputari C. inofficioso testam. num. 254. alias lib. 3. §. 30. sequitur alijs relatis, Peregrin. de fideicom. artic. 3. num. 35. Caldas, ad §. Sed hæc Instit. de inofficioso, 2 part. num. 18. Cuiacius lib. 3. sentent. Pauli titul. 8. §. 3. Gothofred. in dict. §. ultim. qui omnes cum multis alijs communiter resoluūt, quod data inter viuos simpliciter nulla assignata causa, veniunt in Falcidiam imputanda; quod similiter dixit Bart. circa legitimam in l. 1. §. Si vel parens D. si quis à parente fuerit manumiss. Menchac. & Peregr. citatis locis.

28. Contrariam tamen sententiam, imo data hæredi inter viuos, non esse regulariter imputanda in Falcidia, obseruarunt vnanimiter Doctores ad d. l. In quartam, vt per Bart.

ibi, opositione 1. in primo membro distinctionis, Castrensis nu. 5. Ripa num. 37. Alciat. num. 7. Picus 45. Berengar. art. 3. num. 2. Succinus num. 29. Torriellus numer. 52. sequitur Casar Fru-magiolus num. 19. Politus in l. Filium-que habentem C. famul. ercisc. num. 52. vbi Corras. num. 91. cum alijs; qui mouentur. Primo, per textum difficilem in l. Pater filiam 14. D. ad leg. Falcid. vbi filia non tenetur imputare in Falcidiam dotem, quam pater in vita eidem assignauerat; Secundo, quia vt constat ex d. leg. In quartam, solum deseruiunt Falcidie imputatione, quæ iure hæreditario capiuntur, sed data inter viuos non dicuntur accepta iure hæreditario, vt patet, & late cōprobat Berengar. d. artic. 3. num. 7. & 8. Vltimo, quia ad computationem Falcidie, solū attenduntur illa bona quæ testatori reperiuntur tempore mortis, leg. In quantitate in principio D. ad legem Falcid. §. Quantitas Instit. eodem, sed data inter viuos, non reperiuntur tempore mortis in patrimonio, seu hereditate defuncti; igitur, & ita aperte videtur probari ex d. l. Pater filiam, ibi (quia dos in hereditate patris non inueniretur) ex quibus huic sententiae adhærendum censeo.

Illa vero retenda non obstant fundamenta contrarie, præcipuum enim de text. in dict. l. Cum quo §. fin. licet varie intelligatur per Doctores supra relatos, Communis sententia habet, ideo in Falcidiam imputari donata inter viuos, in terminis d. §. fin.

30.

30.
C
t
(
u
le
lu
m
di
in
re

d. §. fin. quia expresse, ibi apposita conditio per ipsum dantem, ut tempore mortis imputarentur in quartam, quo casu certum est data inter viuos imputari, iuxta regulam l. 3. §. Et si non mortis D. bonis libertorū, & quæ notantur ad l. Si quando §. Generaliter Cod. inofficioso testamento, constat hæc responsio ex *Herculano ad d. l. In quartam, ubi Picus num. 45.* sed ab illa recedunt plures, maxime *Bart. d. oppos. 1.* qui considerat in d. §. final. nullum verbum reperiri ex quo colligatur testatorem expresse disposuisse, ut sic donata in Falcidiam imputarentur; Quare idem *Bart. Alexand. Imola, in d. §. final. Ripa d. l. In quartam, num. 38.* & ibi *Succinus num. 10. Berengar. num. 2.* existimant ibi verum esse testatorem donantem, nullam legem donationi expresse apposuisse, sed colligunt tacite ex ipsius mente, & ideo nihil mirum si veniant sic data imputanda, quam coniecturam collegunt prædicti Doctores, ex modo donationis, ex quo constat testatorem quartam partem, in vita separasse, & hæredi tradidisse, quasi providendo eidem de Falcidia, quod videtur insinuare verba dict. §. final. ibi (*quia viuus videtur hæredi futuro providere;*) Verum contra hunc Intellectum insurgit *Hieronimus Tornielus in d. l. In quartam num. 23. Casar num. 70.* expendentem quod si prædictum sensum admitamus in datis inter viuos, à fortiori illud admittere debemus in relictis titulo lega-

ti, vel fideicommissi, quæ ex vltima voluntate proueniunt, maxime, cum in simbolis tantibus facilius sit transitus de vno casu ad alium, leg. *In rem §. Item supra D. rei vendicat.* Deinde quia prouisio testatoris de qua in d. §. fin. non fuit ut data inter viuos in Falcidiam imputentur, sed solum ne legata per illam diminuatur; Vnde idem *Tornielus, & Casar cum eo,* transeunt, ad aliam cogitationem, videlicet, quod ex eo data inter viuos in specie d. §. fin. remouent Falcidiam, à legatis, quia fuerunt data nuda traditione tantum, nec ibi dominium translatum fuit, cum nō præcedat titulus habilis ad translationem ipsius, argumento l. *Nunquam nuda, D. acquirend. rerum domin.* Vnde cum hæres per donationem dominium non acquisisset, censetur postea illud acquirere titulo hæreditario, quo dato, de plano procedit, quod habita & accepta titulo hæreditario de bonis testatoris in Falcidiam imputentur, d. l. *In quartam cum similibus.* Et quod nullus in d. §. fin. præcedat titulus expressus donationis patet ex litera, tacitus etiam nō est præsumendus contra regulam l. *Cū de indebito D. de probationibus Menoch. casu. 88. & lib. 3. præsumptione 31. Mascardus de probat. conclusion. 555. Mantica de contract. lib. 13. titul. 9.* & respondent ad verbum, dederit, de quo in dict. textu quod de sui natura translationem dominij importat, l. *Ubi autem §. fin. D. de verborum*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

borum oblig. §. Sic itaque Inst. de actio-
 nibus vbi Lodouicus Gomez. column. 3.
 Padill. in l. naturalis §. 1. D. de pres-
 cript. verbis, numer. 22. Menchac. fre-
 quent. cap. 59. num. 14. Corras. lib. 2.
 miscell. cap. 3. Pichard. ad §. Si filium,
 de officio iudicis à nu. 195. quia mul-
 toties verbum, dare, significat nu-
 dam traditionem secundum subie-
 ctam materiam prout colligitur ex
 §. Item is cui Institut. quibus mod. re
 contrah. oblig. l. 1. D. commodati, & de-
 nique nituntur confirmare intentū
 ex verbis d. §. fin. ibi (& dodrantem
 legauerit,) quibus Iure consultus in-
 sinuare videtur, dominium illorum
 viginti quinque, quæ hæredi fuere
 donata, non transisse in ipsum hæ-
 redem ex titulo donationis, quia si
 transisset, non dixisset Iurecōsultus
 dodrantem, sed totam hæreditatē,
 sed quantuncunque hic intelligen-
 di modus subtilis sit, tamen intel-
 lectui Bart. Alexandri, & aliorum,
 qui magis communis est adhæren-
 dum censeo, illum ultra supracita-
 tos amplectitur Cuiac. ad Paulū lib.
 3. sentent. titul. 8. §. 3. Gothofredus in
 d. §. final. litera, O. Peregrinus de fi-
 deicom. artic. 3. num. 35. idem Casar
 vbi supra num. 396. Morla in emporio,
 titulo 3. quest. 5. n. 10. Robles de repræ-
 sent. lib. 2. cap. 16. nu. 31. faciunt quæ
 Caldas ad §. Sed hæc de inofficioso 2.
 part. numer. 18. præceptor Veiga ad §.
 quædam de actionibus, qui intellectus
 satis corroboratur ex his quæ Gouea-
 nus ibidem, quia Iurecōsultus solum
 ex coniectura desumpta ex forma,

& tenore donationis collegit testa-
 torem in vita voluisse hæredi futu-
 ro prouidere circa Falcidiam, ad ef-
 fectum, vt sic data haberentur loco
 Falcidiæ, nec legata postea defalca-
 rentur, argumento, leg. Quod autem
 versiculo, sed si ideo, D. ad leg. Falcid.
 d. §. fin. non cessat ipso iure per im-
 putationem, sed remouetur hæres,
 per exceptionem doli, vt recte ad-
 uertit Gouean. ibidem. Vnde conclu-
 dendum est quod licet regula sit,
 donata inter viuos non venire im-
 putanda, in Falcidiam, vt cum cō-
 muni supra diximus, tamen hæc re-
 gula fallit, quando sic donata den-
 tur ea intentione, vt pro Falcidia
 habeantur, quia si per hæredem ac-
 ceptentur remouent Falcidiam, sal-
 tem per exceptionem iuxta dict. §.
 fin. possunt adduci in confirmatio-
 nem plura iura quæ de imputatio-
 ne legitimæ agunt, l. 1. §. Si parens
 D. si quis à parente fuer. man. l. Si quā-
 do §. final. vbi glossa, verbo, imputatur
 Cod. inofficioso testam. l. 3. §. Et si non
 mortis, D. bonis libert. ita ex Bart. tra-
 dit Ripa num. 31. Berengar. d. art. 3.
 num. 2. versic. 2. Conclusio, Succin. nu.
 31. vbi supra, & non habere contra-
 dictorem in conditione expressa,
 tradit Casar. supra n. 92. & in tacita
 Berengar. proxime n. 1. Angel. Alex.
 Immol. in d. §. fin. Peregrin. d. num. 35.
 Casar. proxime nu. 96. Palitus in leg.
 Filium quem habentem Cod. famil. ex-
 cisc. num. 54. Nec obiectiones Tor-
 nielli, & Casaris, contra intellectum
 dict. §. fin. aliquid euincunt quia in
 textu

textu satis constat de donatione, deinde id ipsum quod resoluius in datis inter viuos, etiam, & afortiori resoluendum est in relictis per legatum, vel fideicommissum, vt in eadem materia resoluius circa intellectum, *l. Quid autem versiculo, sed si D. ad leg. Falcid.*

33. Vnde consequenter per tractanda est quaestio, vtrum data inter viuos titulo reuocabili, veniant in Falcidiam imputanda, qualia sunt donata causa mortis, vel donata inter virum, & vxorem, quae morte confirmantur *Principium Institut. de donat. l. Donationes quas parentes Cod. donationibus inter l. Papinianus D. eodem titul.* in qua quaestione plures Doctores tenent, has donationes semper esse imputandas, si donatarius fuerit solus haeres institutus, vel pro parte si cohaeredem habeat, saltem ex intentione testatoris, ita gloss. Azonis, & Hugonis antiqui, in *d. l. Filium quem habentem, & ibi Bartol. Alexand. ad d. l. In quartam nu. 11. Immola, & alij ex quibus testatur communem Picus ad dict. leg. In quartam nu. 50. & ibi Berengar. d. artic. 3. nu. 6.* vbi ait hanc opinionem in practica seruandam, mouetur ex eo, quia in Falcidiam imputantur praelegata, quae quis a cohaerede accepit saltem pro parte hereditaria *d. leg. In quartam, versiculo, pro ea vero parte, sed haec donationes subeunt vicem praelegatorum, leg. Cum hic status in principio D. donat. inter vir. & vx.* vbi donationes haec

legatis aequiparantur ex quibus Falcidia per illa debet remoueri.

Sed quicquid praedicti contendunt, certum est quod ipsi manifeste in hoc puncto falluntur, quia haec donationes nullo modo possunt imputari in Falcidiam, nec pro parte hereditaria, nec pro alia, vt optime scripsit Accursius communiter receptus, in *l. Post legatum §. Mortis, verbo, legatario, D. his a quibus vt indign. refert ex Angelo Picus nu. 52. Ripa 39. Torniellus 22. Caesar 91. in d. l. In quartam, Guillelmus de Cuneo Cynus Paulus Castrensis, & alij, quos sequitur Politus in d. leg. Filium quem habentem, nu. 53.* ducuntur ea ratione quod in Falcidiam non imputantur nisi ea quae iure hereditario accipiuntur, *d. l. In quartam in principio, sed haec donationes non lucrantur titulo hereditario, quia a morte testatoris ante aditionem hereditatis vires accipiuntur dict. l. Cum hic status d. l. donationes quas parentes, Menoch. lib. 3. de praesumpt. praesumptione 29. a nu. 66. Sanch. de matrimon. lib. 6. disputat. 14. n. 1. post Gregor. Lopes per textum ibi, in l. 4. titul. 11. part. 4.* ergo cum non capiantur iure hereditario, minime veniunt imputanda.

Tertio pro hac parte facit textus in *l. Sequens quaestio D. de legat. 2.* vbi in restitutione fideicommissi non veniunt quae haeres accepit a testatore inter viuos, igitur, si haec donationes non veniunt in restitutionem, a fortiori non venient imputandae, quia

34.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

quia titulo diuerso ab hæreditario capiuntur.

35. Et hac parte retenta non obstat vnicum fundamentum partis contrariæ, nam manifeste apparet falsum supponere, dū existimat prælegata in Falcidiam imputari pro parte hæreditaria, quia contrarium verius est, vt supra resolutū manet, nec contrarium probatur *ex versiculo pro ea vero parte, d. leg. In quartam*, quia non loquitur de Falcidia, sed de Trebellianica, vt ex ipso apparet, & nos infra latius dicemus, vbi longe dari diuersas regulas imputationis ostendemus; nec assumptum, quo prædicti auctores intendebant probare minorem, illā probat, concludenter, nam donationes hæc, quæ morte cōfirmantur, æquiparantur legatis ad effectum vt Falcidia admitatur, propter diminutionem rerum hæreditariarum *d. l. Cum hic status*, sed non æquiparatur quoad effectum imputationis, in qua longe alia diuersa practicantur principia.

36. Limitant tamen prædicti Doctores hanc nostram sententiam, ne procedat, quando de voluntate testatoris apparuerit velle quod talia legata imputentur, nam hoc casu vera est limitatio ista, cum enim huiusmodi donationes solum ex mente testatoris vires accipiant, ipseque iubeat vt hæres illas teneatur imputare, aperte censetur ipse testator prædictas donationes reuocare, & velle vt hæres illas tanquam

quid hæreditarium, percipiat, argumento *l. Si mortis 12. Cod. donationibus inter virum, ita tradit Alexander num. 11. Picus 45. Berengar. d. art. 3. num. 2. versiculo prima limitatio Ripa num. 39. Torniellus num. 30. in d. l. In quartam vbi Cesar numer. 81. fatetur communem, illam amplectendo cui etiam adhæreo.*

Ex quibus sic resolutis inferuntur quam plurimæ illationes, & per vtilis, & primo inferitur dotē siue à patre siue ab extraneo in vita donatam non venire imputandam, si dotata hæres proponatur scripta in testamento, & grauata vltra dodrātem, quod aperte probatur *ex l. Pater filium 14. D. ad leg. Falcid.* vbi pro viribus Papinianus hanc quæstionem determinat, & notant, ibi comuniter scribentes, vt post *Alex. Corneus consil. 298. column. 1. lib. 4. Cesar d. l. In quartam num. 80. Peregrin. de fideicom. artic. 3. n. 30. de qua etiam late agit insignis Barbosa in l. Si cum dotem §. Si pater D. solut. matr. num. 26. & sequenti, post Corras. in l. filium quem habentem numer. 92. vbi Politus num. 61. Cuiuslib. 6. Responsorum Papiniani super d. l. Pater filiam vbi etiam Goueanus noster, Crassus §. Falcidia quæst. 16. quem refert & sequitur Gothofred. in d. leg. Pater filiam litera, N. qui primo expendunt principium in hac materia, quod in Falcidiam solum imputantur illa quæ iure hæreditario percipiuntur, cum autem dos nō sit acceptata iure hæreditario, nil mirum si imputatio-*

putationem effugiat, & licet *textus in d. l. Pater filiam*, loquatur de quarta Trebellianica, ut per *Barbosam*, & reliquos modo citatos, tamen eius decisio à fortiori procedet in quarta Falcidia, in qua strictius proceditur circa materiam imputationis, ut notant omnes cōmuniter scribentes *ad d. l. In quartam, per textum ibi*; Tenebitur tamen filia dotem non dum solutam, vel à patre iam repetitam, in terminis iuris civilis, cum Falcidia compensare, si testator hoc iubeat in testamento, ratio est, quæ deducitur ex *l. Si debitor 12. D. ad leg. Falcid.* ubi testator potest gravare heredem, quæ sortitus est creditorem, ne debitum ab hereditate detrahat, sed potius cum Falcidia compenset; cum ergo in terminis suprapositis pater sit debitor dotis, quam penes se retinet, merito tenebitur filia cum Falcidia compensare, & comprobatur à cessante ratione *d. l. Pater filiam*, ibi (*quia dos in hereditate patris non inueniretur*) ubi filia non tenetur compensare dotem cum Falcidia, quia pater nō erat debitor dotis, quæ adhuc à marito retinebatur, vnde, si daremus patrem, iam dotem repetiisse à marito, necessario fatendū est, ipsum posse iubere, ne filia Falcidia utatur, & hanc doctrinam late confirmat *insignis Barbosa in d. §. Si pater nu. 29. & in rubrica illo titulo 4. part. num. 22. Cuiac. ubi supra*; Quam resolutionem declarabis, ne procedat in casu, quo pater tempore consti-

tutæ dotis stipulatus sit ipsam sibi, vel heredibus suis restitui soluto matrimonio, in terminis *l. Quoties D. soluto matrim. cum vulgar.* nam in hoc casu, dos censetur inter bona ipsius testatoris, ac proinde, quemadmodum, si testator iuberet, ut quamlibet rem hereditariam filia in Falcidiam imputaret, ipsa tenebatur obedire, ita similiter in casu proposito, imo etiam non iubente testatore, veniret dos imputanda, quia tunc filia nullum ius in dote acquiritur, sed tāquam alia res hereditaria reputatur, & ideo ei non valet acquiri, nisi iure hereditario, quo casu imputanda venit, *iuxta d. l. In quartā*, & quæ supra diximus, & satis deducitur ex ratione quam Papinianus adiecit *in d. l. Pater filiam in fine*, à contrario sensu, (*quia dos in hereditate patris nō inueniretur*) quasi si inueniretur prout in casu proposito, imputanda sit, ut post *Immolan.* & *Alex. in d. l. Pater filiam prosequitur Picus d. l. In quartam n. 42. Cesar 81. ubi etiam Alciat. n. 8.*

Infertur secundo, quod si pater acquirat feudum, vel emphyteusim, vel maioratum, quæ hereditaria non, sint minime esse imputanda in Falcidiam, ratio illa est, quia hæc bona non acquiruntur à filiis, vel heredibus iure hereditario, sed alio diuerso, scilicet iure sanguinis, argumento *l. Unum ex familia §. Si de Falcidia D. legatis secundo, l. 3. D. interdict. & relegat. Caldas de potestate elig. cap. 16. num. 3. Padill. in d. §. Si de*

o8 De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Falcidia num. 1. Molina de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 110. & circa imputationem legitimæ supra diximus, cum Mangil. quest. 36. nu. 39. Claro §. Feudum, quest. 46. num. 2. Valasc. de iure emphit. quest. 46. cum alijs, & in terminis, de quibus loquimur circa Falcidiam, resoluunt Angeb. & Alexand. ad leg. Si patroni D. ad Trebellian. & consil. 29. num. 5. lib. 5. Bald. consil. 56. lib. 3. Corrasius in d. l. Filium num. 94. Ripa d. l. In quartam num. 67. & 84. Casar ibidem, nu. 75. & deducitur manifeste ex eo, quia hæc bona non acquiruntur successoribus iure hæreditario, sed omnia quæ iure hæreditario nō capiuntur minime veniunt imputāda, vt patet ex sepe citata l. In quartam, igitur.

40. Contrarium tamen resoluendū erit, si prædicta bona hæreditaria existant, ita vt nemo in illis succedere possit, nisi solus hæres, tunc enim cum iure hæreditario capiantur, necessario imputanda sunt, d. l. In quartam, & in terminis resoluūt Rubeus consil. 18. n. 3. Couar. 2. variar. cap. 18. n. 4. vbi testatur de cōmuni Cephalus consil. 214. n. 65. Casar. vbi proxime nu. 76. ex quibus, & alijs in terminis tradit Alciat. in dict. leg. In quartam nu. 9. resoluens secundum Gallorum Consuetudinem, feuda in Falcidiam semper imputari, ex eo, quia patrimonialia bona cēsantur, & tanquam quælibet res hæreditariæ capiuntur, vt post Ioannem Fabrum, in rubrica Institut. de emptio- ne, & vend. Guidonem Papa quest. 59.

tradit Cassaneus in Consuetud. Burgund. titul. 3. §. 5. num. 59. Casar dict. num. 75. Alciat. d. num. 9. sicut apud nos de emphiteuticis regalibus, & perpetuis similiter dicendum est, quia hæc iure hæreditario semper capiuntur, ideoque semper subiacet imputationi.

Infertur tertio ex prædictis, quod acceptum a filio hærede ex hæreditate patris propter transitū ad secundum matrimoniū, vel in premium emancipationis, vel alio simili genere acquisitionis, citra ius, & nomen hæredis, effugiunt onus imputationis, vt ex Martiano in dict. l. In quartam, communiter deducunt Doctores ibi, vt per Ripam. nu. 85. Casarem num. 77. Alciat. d. num. 9. quæ sint satis circa imputationem in Falcidiam, quæ fit de rebus.

Restat, vt agamus de fructibus, qui percipiuntur ex rebus hæreditarijs, quomodo veniant imputandi, excludantque Falcidiā, quæ tractatio magnū nobis aperiebat spatiandi campum, sed ne terminos nostri instituti transgrediamur, breuiter quid sentiam, aperiam; Cōmuni opinio de qua Ripa in l. In fideicommissariam D. ad Trebell. n. 47. Duarenus ad illum titul. cap. 8. ante finem, Casar. ad d. l. In quartam, num. 121. cum sequentibus, Ioānes Coppus de fructibus lib. 2. tit. 3. cap. 6. n. 7. Picus ad d. l. In quartā, d. n. 109. scribunt fructus non imputari in Falcidiā, quia vt hæc admitatur, vel excludatur, considerantur bona, quæ tantū remanent

manent tempore mortis testatoris
l. In ratione 30. l. In quantitate 73. in principio D. ad l. Falcid. §. Quantitas Inst. eodem titulo, & ideo decreta vel augmenta hæreditati obuenientia cedunt lucro, vel damno hæredis, nisi ex causa de præterito, quæ habuisset originem in vita testatoris procederent, quia hoc casu etiã profunt, vel nocent legatarijs, per *tex. in l. serui 42. l. Penales 32. versiculo, nam si ita D. ad l. Falcid.* optime profequitur doctissimus vir *Marcus Antonius, Peregr. de fideicommiss. art. 10. nu. 36. Mangilius de imputat. quest. 129. n. 22.* sed quia contra hæc communem faciunt *l. Quod de bonis §. Fructus l. Paulus 24. §. 1. leg. Qui quadringenta 88. §. fin. D. ad l. Falc. l. In lege Falcid. 45. l. Is cui 31. l. Circa 66. versic. non videtur, l. In quantitate 73. §. In diem D. eod. tit. ad l. Falcid. vbi Gouean. & Cuiac. lib. 60. edictum Pauli super d. l. In lege 45. quibus omnibus hæres tenetur fructus in quartam Falcidiam imputare, quos ex legatis conditionalibus percepit, quia fructus pendentes tempore mortis testatoris hæreditatem augent, & remouent Falcidiam, *l. In lege Falcidia placuit 9. D. ad legem Falcid. faciunt text. in l. In quantitate §. In diem, & in d. l. In lege Falcidia 45. D. eod. titul. vbi fructus legatorum in die relictorum, computantur in quartam.**

In hac Iuris Consultorum contrarietate, *Paulus Castrensis in d. leg. Qui quadringenta §. fin. ad finem,* distinguit inter fructus collectos ex

rebus sub conditione legatis, & fructus collectos ex rebus pure legatis, & inquit, primos imputari in quartam, secundos vero minime, & sic vult componere iura inter se discrepantia, quæ distinctio sequuta est, per *Cuiac. tractat. 5. ad African. pag. 1957. super d. §. fin. & in se vera est, si suis distribuatur casibus, sit ergo. Primus, quando fructus tempore mortis erant maturi, hi enim in quartam imputantur, & remouent Falcidiam, quia censentur pars rerum hæreditariarum, d. l. In lege Falcidia placuit 9. D. ad l. Falcid. cuius hic est genuinus sensus secundum eundem Cuiac. lib. 19. quest. Papinian. super eadem leg. Gouean. ad legem in fideicommissaria D. ad Trebell. vbi Ripa n. 52. Mangilius de imputat. q. 125. nu. 39. optime de more Peregrin. artic. 39. nu. 50. & sequenti Caesar cum communi ad d. l. In quartam num. 122.*

Secundus casus est de fructibus, qui tempore mortis testatoris tantummodo erant nati, in quo communis sententia, de qua *Caesar d. n. 122. Peregr. d. art. 49. n. 16.* tenet prædictos fructus esse in quartam imputandos, per textum in *d. l. In lege Falcidia placuit 9. D. ad legem Falcid.* quia reuera hi fructus dicuntur pars fundi, *leg. Fructus pendentes D. rei vindicat.* ac proinde debent imputari, quia sunt pars patrimonij, etiã tempore mortis testatoris; sed contra communem insurgunt *Immola in d. l. In leg Falcid. quem sequitur Caesar d. num. 122.* qui conantur ostendere

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

communem claudicare, in hoc casu, quia *d. l. In lege Falcidia placuit*, solum agit de fructibus maturis, ac proinde, si Iureconsultus vellet comprehendere fructus quoscunque, loqueretur per alia verba, nec se restringeret ad maturos tēpore mortis; sed mihi adhuc arridet communis, nam certum est, etiā eos fructus augere hæreditatem, ipsosque esse æstimandos, quod sufficit vt ipsi in quartam debeant imputari.

45. Tertius casus est, quādo fructus tempore mortis testatoris, sunt tantum sati, sed adhuc non sunt nati, in quo casu *glossa Bartol. & alij in d. l. Quod de bonis §. Fructus D. ad l. Falcid. Alex. Paul. & alij in l. In quantitate eodem titul.* ex quibus testatur cōmunem *Præpositus senensis in suis questionibus quæst. 10. nu. 1. Casar vbi supra n. 123. Peregr. de fideic. art. 49. n. 18.* respondent affirmatiue, quod prædicti fructus veniant imputandi per *d. l. In l. Falcidia placuit 9. D. ad l. Falc.* quasi huiusmodi fructus dicantur etiā pars rerum hæreditariarū, & ipsam hæreditatē augeant.

46. Quartus casus est de fructibus collectis hæreditate iacēte post mortem testatoris, & hi non imputantur in quartam Falcidiā, quia sunt augmentum hæreditatis post mortem testatoris, quæ cedūt lucro hæredis, *iuxta d. l. In quantitate 73. & l. In ratione 30. D. ad l. Falcid. §. Quantitas Inst. eod. Peregr. de fideic. art. 10. n. 36. Casar cum communi supra num. 121.* idq; resoluunt ex illa ratione, quia

ad practicandā, vel remouendā Falcidiam, solum attenditur patrimonium, quod testator reliquit tēpore mortis, cuius dispositionis variæ præstantur rationes, nam *Peregrin. d. loco*, ait ideo tēpus mortis attendi, quia post aditionem hæredis, fingitur hæres ipse, retro adijisse hæreditatem, tempore mortis, argumento *l. Hæres quādo cunq; D. acquir. hæred. & ex tunc ipse hæres remanebat obligatus legatis, ex quasi cōtractu celebrato inter ipsum, & testatorē defunctū ex regula textus in §. Hæres Inst. de obligat. quæ ex quasi cōtract.* & necesse fuit, vt tunc constaret de patrimonio testatoris, vt apparet, in quantū hæres manebat obligatus, maxime, cū tēpore Digestorum nō teneretur soluere legata ultra vires hæreditarias *leg. 1. §. Is qui quadringenta D. ad Trebell.* Alij dicunt huius rei rationē esse, ne morientium voluntates sint in suspēso *l. fin. D. cōmunia prædiorū, Molin. lib. 3. de primog. cap. 10. n. 26. & sequentib. Faber de coniect. lib. 19. c. 16.* sed mihi videtur ratio, illa quod cū lex considerasset bona testatorū post ipsorū mortē posse decrescere, sicut augeri, & nasci ex hoc inextricabiles nodos, ac lites, iure optimo, leges constituere, vt tempus mortis attēderetur, quæ omnes, rationes per se non sunt concludētes, sine lege, sed illa iūcta cōcludūt, nec huic resolutioni potest obijci, quod hæreditas fructibus augetur, *l. 2. C. petitione hæreditatis leg. Item veniunt, §. Fructus. D. eodem*

D. eodem titul. quia regula illa non procedit quoad imputationem Falcidia, vt supra probamus, in qua solum inspicitur patrimonium relictum tēpore mortis, nec aliquid facit lucrum, vel damnum proueniens hæreditate iacente, quia omne, siue commodum, siue incōmodum hæredi incumbit, *d. autem l. 2. & d. §. Fructus*, procedunt, in hæreditatis possessore iniusto, à quo hæreditas aufertur cum fructibus, & in clementis vt considerat *Dua- renus d. cap. 8. ad finē, Amaia, 3. obs. cap. 2. à num. 35.* Nec etiam obstabit *l. Ita tamen 27. §. 1. D. ad Trebell.* vbi fructus percepti hæreditate iacente veniunt in restitutionē, quia textus ille procedit in fideicomisso vniuersali, in quo fructus collecti hæreditate iacente restituuntur, quia acquiruntur hæreditati, quæ defunctum repræsentat *principium Instituti de stipulatione seruorum l. Hæreditas 34. l. Hæreditas 61. D. acquirendo rerū dom. Barbosa 3. part. rubr. D. solut. matrimon. num. 9. Cardoso ad §. Si eadem Institut. de legat. illatione 25. num. 2. Faber. de erroribus dec ad. 49. error. 1. n. 5. & Pichard. §. Sui de haredū qualit. num. 35.* & cum maior ad hæredem perueniat, etiam maior est restituēda, sed non potest procedere in legatis particularibus, quorum dominium adhuc residet penes hæreditatem ante aditionem, *leg. Si tibi homo 86. §. Cum seruus D. legat. 1. ibi (ex die adita hæreditatis eius fuisse intelligitur)* supponendo hos fructus

non fuisse maturos tēpore mortis, quia tunc non dicitur testator illos reliquisse tempore mortis, ideoque non veniunt in cōsiderationem, vt Falcidiam excludant iuxta supradicta.

Vltimus casus, in quo quam maxima est dubitatio, ille est, quando scilicet legata sunt relicta sub cōditione, vel in diem certam, & in hoc casu dicendū est; fructus perceptos ab hærede pendente conditione, vel antequam perueniat dies esse imputādos in quartam Falcidiam, ita probatur *ex d. l. Quod de bonis §. Fructus d. l. Paulus §. 1. l. Is cui 31. l. in l. Falcidia 45. D. ad l. Falcid. d. l. Qui quadringenta 88. §. fin. eodem tit. iuncta, l. Circa 66. D. eodem, declarat Cuiac. lib. 60. Pauli ad edictum super d. l. In l. Falcidia 45. post Bart. Alex. Paulum in d. §. Fructus, Corrasius in d. l. Filium quem habentem n. 105. Præpositus Senens. in suis questionibus casu 2. quæst. 10. n. 9. Casar d. l. In quartam nu. 127. vsque ad num. 130. & in hoc casu fatentur Doctores nō esse faciendam differentiam inter Falcidiam, & quartam Trebellianicā, sed æqualiter imputari in vna, ac in altera, quia in vtroque casu percipiuntur pendente conditione, vel die, ex iudicio testatoris, argumēto *l. Cum tempus D. regul. iur.* ita testatur communiter receptum *Ripa in d. l. In fideicommissariam D. ad Trebell. n. 48. Peregr. de fideicom. artic. 49. n. 50.* vbi communem fatetur; declarando tamen ne procedat in fructibus*

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

50. collectis post diem legati cedentē, nam cum ex tunc dominium legati transeat ad legatarium, ad eum etiam pertinent fructus ex regula l. *Harenus D. de usuris, ita Ripa ubi supra num. 51. Peregrin. d. art. 49. num. 91. Barbof. in l. Diuortio 2. part. D. sol. matr. n. 3. & n. 82. Molina de primog. lib. 3. cap. 11. nu. 16. Couar. 1. var. cap. 15. n. fin. Castill. de usufruct. cap. 80. n. 11. Valasc. de part. cap. 34. à princip. Giurba decisione 97 Guter lib. 2. pract. quæst. 33. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 10. Caldas de nominat. quæst. 16. à num. 24. Molinade iust. disput. 194. Crassus §. Legatum quæst. 70. & 71. Simon de Pretis de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpret. 1. dub. 1. solut. 4. insignis præceptor Brito ad cap. 2. de Locato 3. part. num. 28. Fab. de coniect. lib. 7. cap. 3. & cap. 4.*

Dubitari potest. Vtrum filij primi gradus computare teneantur in quartam Falcidiam fructus perceptos ex legato, vel fideicomisso conditionali, in quo dubio communis sententia negat, ut per Bald. in l. *Iubemus C. ad Trebellian. nu. 6. Parisius consil. 43. n. 69. lib. 3. Albanus consil. 7. Corneus in l. Quamquam C. ad leg. Falcid. Hieronimus Gabriel consil. 16. num. 29. ex quibus, & alijs testatur communem Peregr. art. 49. num. 58. mouentur per text. in d. leg. *Iubemus C. ad Trebellian.* quam ad Falcidiã extēdunt Doctores ex regula equiparatorum cum vulgaribus.*

Sed contraria sententia etiam communis est, ut per Angel. & Pau-

lum in dict. leg. *Iubemus Alciat. lib. 3. consil. 153. & sequenti, Cephal. consil. 153. num. 61. Mantica de coniect. lib. 7. titul. 2. ad finem, alias nu. 12. cum multis quos citat Peregr. d. num. 58. qui fundantur in regulis suprapositis, quasi non reperiantur limitatæ in filijs primi gradus; sed miror nō aduertisse tot, grauissimosque Doctores ad textum expressum in d. l. *Iubemus Cod. ad Trebellian. versiculo, idemque;* ubi Imperator duxit necessarium expresse declarare idem circa Falcidiam, quod circa Trebellianicã disposuerat, ne scilicet filij primi gradus teneantur in quartã, siue vnã, siue alteram fructus imputare, ut bene aduertit prior communis sententia; Vnde aduerto textum in d. l. *Iubemus*, optimū esse ad probãdas differentias inter vnã, & alteram quartam, ex eo quia ad effectum huius imputationis, duxit necessarium exprimere æquiparationem, quam si non expressisset minime esset admitenda; Aduerto vltimo, hoc priuilegium de fructibus in quartam non computandis, non extendi ad casum, quo ascendentes grauantur à descendētib; ratio, est quia illud priuilegiū non egreditur personam filiorum primi gradus, ut constat ex textu claro in §. fin. eiusdem legis *Peregrin. d. artic. 49. num. 63. Picus in l. In quartam num. 22. facit leg. Filius famil. D. ad leg. Falcid. plures citat Mangilius d. quæst. 125. num. 25.**

SVMMARIA CAP. III.

DE TREBELLIANICÆ IMPVTATIONE.



Agitur de intellectu leg. In quartam, & reprobatur Cuiac. Gouean. & Faber, qui literam illius emendare conantur. num. 1.

Omnia, quæ à cohærede præstantur cohæredi in Trebellianicam imputantur. num. 2.

Prælegata imputantur in Trebellianicam pro parte hereditaria. num. 3.

Quarta Trebellianica deducitur contra voluntatem testatoris. num. 4.

Ratio, ob quam prælegata pro parte cohæredum non imputantur. num. 5.

Agitur de intellectu l. Titia 86. D. ad leg. Falcid. num. 6.

Prælegatum pecunia totum imputatur in Trebellianicam. nu. 7.

Intelligitur l. Hæredes 26. §. ultim. D. fam. erc. num. 8.

Cur prælegatum speciei non computetur totum sicut prælegatum quantitatis. num. 9.

An data causa conditionis implenda imputentur in Trebellianicam. numer. 10.

Agitur de intellectu l. In quartam versiculo, sed & quod cum l. In ratione, §. Tam & si, ad leg. Falcid. ibidem ubi emendatur §. Tam & si.

An filij teneantur imputare in Trebellianicam legata, fideicommissa, & data virtute conditionis, negativa. num. 11.

Defenditur contraria. num. 12.

Intelligitur ibi. l. Iubemus C. ad Trebell. Donata inter viuos non imputantur in Trebellianicam. num. 13.

Intelligitur l. Cum quo §. fin. ad l. Falcid. num. 14.

Agitur de intellectu leg. Filium quem habentem C. famil. ercisc. à num. 15. & in 1. part. num. 16. & 17.

Intelligitur d. l. Filium, in versiculo compensato. num. 18.

Prælegata soluta à cohæredibus solum profunt fideicommissarijs extraneis prorata. num. 19.

Fundus, de quo in d. l. Filium, non fuit prælegatus, nu. 20. imo concessus in peculium.

Pater potest assignare portionem heredi in re particulari, vel quartam filio. num. 21.

Donationes quæ morte confirmantur, an imputentur pars affirmatiua. n. 22.

Contraria, & vera defenditur. nu. 23.

Omnia, quæ hæres capit ex iudicio defuncti, imputantur in Trebellianicam. num. 34.

Dos non imputatur in Trebellianicam. num. 25.

Bona emphiteutica, feuda, & maioratus non imputantur. num. 26.

Lucra, quæ heredi proueniunt extra testamentum defuncti, non imputantur in Trebell. num. 27.

Res ab herede alienata in quartam imputantur. num. 28.

Hæres non potest eligere rem pro quarta

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

- nec etiam filius pro legitima. nu. 29.
Fideicommissarij possunt reuendicare
res fideicommissis alienatas ibidem.
Assignatur ratio cur fiat imputatio
heredi in quartam rerum, quas ipse
alienauit. num. 30.
Assignatur communis ratio quod mero
iure alienatio non valet. nu. 31. sed
reprobatur. ibidem.
Intelligitur l. 3. §. Res quæ D. ad Tre-
bell. num. 32.
Heres grauatū pendente conditione ve-
rus dominus est. ibidem.
Iustinianus de nouo constituit ne res fi-
deicommissaria possent per heredem
alienari. num. 33.
Iure Digestorum nulla actio datur fi-
deicommissario, vt recuperet res ab hæ-
rede alienatas. num. 34.
Agitur de Intellectu l. vlt. §. vltim. D.
legat. 2. n. 35. & 37.
Intelligitur l. Quidam ita 25. §. fin.
D. ad Trebell. num. 36.
L. heres 28. l. Generaliter §. fin. D. qui
& à quibus l. Seruum 11. D. manu-
miss. intelliguntur ibid. & nu. 44.
Intelligitur text. in l. vlt. §. vlt. D. legat.
2. n. 37. cum 2. sequentibus.
Alienata in fraudem creditorum va-
lent, si titulo oneroso, licet retracten-
tur num. 38. dummodo detur fraus.
Si autem titulo lucratiuo sint alienata
semper reuocatur alienatio. ibid.
Nec creditores pretium restituent, si pro-
betur fraus.
Si libertus in fraudem patroni alienet
ipso iure non valet alienatio. nu. 39.
Sed patronus reuocans tenetur pretium
restituere. ibidem.
- Heres tenetur res alienatas imputare,
siue sit grauatū pure siue sub condi-
tione restituere. n. 40.
Alienatio facta per heredem pendente
conditione fideicommissi, aduenien-
te conditione non retractatur de iure
antiquo. n. 41.
Effectus in esse productus non perit defi-
cientis causa. ibidem.
Intelligitur l. Lex Vectigali D. de pig-
nor. quod resolutio iure dantis resolu-
tur accipientis. n. 42.
Post restitutionem, non potest heres alie-
nare. num. 43.
Legata post conditionem impletam non
possunt alienari per heredem. n. 44.
Intelligitur l. Seruo 72. §. 1. D. legat.
1. ibidem.
Valet alienatio serui legati pendente
conditione, sed nō valet manumissio.
ibidem.
Intelliguntur l. Seruum de manumiss.
l. Heres 28. l. Generaliter §. fin. D.
qui & à quibus ibidem.
L. Si quis inquilinos 115. §. 1. D. leg.
1. ibidem.
Imperator de nouo constituit ne res per
fideicommissum relictae possint per
heredem alienari. num. 45.
Legatum damnationis non transibat
ipso iure in legatarium. ibidem.
Actiones de quibus l. 1. Cod. commun.
deleg. solum danour pro legatis, &
fideicommissis particularibus. n. 46.
Pro fideicommissis vniuersali competit
fideicommissaria hereditatis petitio.
ibidem.
Propositur communis sententia, quæ te-
net heredem, etiam post nouā consti-
tutionem,

tutionem, Iustiniani posse alienare,
 si ignoranter faciat. num. 47.
 Sed contrarium verissimum est. nu. 48.
 Prior tamen communis obseruabitur in
 practica in hoc Regno. n. 49.
 Proponitur imputatio de fructibus, &
 ibi Doctores qui de illa egerunt. n. 50.
 Fructus collecti ante aditam heredita-
 tem veniunt in reitutione. n. 51.
 Fructus collecti post aditam hereditate
 pendente conditione fideicommissi non
 restituantur. num. 52.
 Opponitur contra præd. resolutionem
 quod grauat^r tenetur restituere aug-
 mentum hereditatis. n. 53.
 Intelligitur l. Ita tamen §. Si seruum
 D. ad Trebell. num. 55.
 Intelligitur §. 1. d. l. Ita tamen. ibid.
 Intelligitur l. Item veniunt §. Item non
 solum D. petitione hered. nu. 54.
 Intelligitur l. 2. Cod. petitione heredit.
 num. 55.
 Intelligitur leg. Hærenius D. de usur.
 num. 56.
 Etiam si testator iubeat restituere quid-
 quid supererit ex hereditate, adhuc
 fructus non restituantur. nu. 57.
 Idem dicendum, si testator dicat quanta
 pecunia ex hereditate adhuc fructus
 non restituantur. num. 57.
 Idem dicendum, si testator dicat quan-
 ta pecunia ex hereditate mea supe-
 rerit, restituere. num. 58.
 Agitur de intellectu l. Balista 32. D.
 ad Trebell. ibidem.
 Et reprobatur Cuiac. ibidem.
 Proponitur intellectus Ripæ. num. 59.
 Appellatione pecunia, & fructus com-
 prehenduntur. ibidem.

Assignatur verus intellectus ad d. leg.
 Balista. num. 60.
 Geminatio verborum plus operatur. ibid.
 Agitur de antinomia leg. Deducta §.
 pen. D. ad Trebellian. cum l. 3. §.
 Nonnunquam D. de usuris. n. 61.
 Etiam quando testator grauat heredem
 restituere quidquid ex hereditate su-
 per fuerit tempore mortis, adhuc non
 tenetur fructus restituere d. n. 61.
 Verbum bona omnia comprehendit. ibid.
 Refertur intellectus Cuiacij multis in
 locis, & reprobatur. num. 62.
 Alius intellectus Accurtij, & Barbof.
 reprobatur. ibidem.
 Assignatur verus intellectus. nu. 63.
 Agitur de antinomia l. Deducta §. He-
 reditatem D. ad Trebell. cum l. Pau-
 lus 14. §. 1. D. de usuris à num. 64.
 Fructus restituantur cum fideicommiss-
 so particulari, vel cum vniuersali post
 restitutionem, vel in casibus vbi do-
 minium transit ipso iure. n. 65.
 Idem in fideicommissio relicto Ecclesie.
 ibidem.
 Fructus à data mora veniunt restituendi
 num. 66.
 Mora quando incurratur per heredem
 num. 67.
 Aliqui post litem contestatam ibidem.
 Defenditur deberi etiam ante litem cō-
 testatam, post interpellationem hære-
 dis. num. 68.
 Legata, & cætera relicta in testamento
 petuntur per actionem stricti iudicij.
 num. 69.
 In actionibus stricti iuris fructus non
 veniunt à tempore mora ante litem
 contestatam. ibidem.

Intelli-

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Intelligitur cap. Raynucius §. In eo de
testament. num. 70.
Intelligitur l. 3. in principio D. usuris.
num. 71.
Intelligitur l. 1. & l. 3. C. usur. & fruct.
legat. num. 72.
Mora per aduentum diei in fideicom-
missis non incurritur. num. 73. secus
in contractibus. ibidem.
Fructus veniunt restituendi ex disposi-
tione testatoris. num. 74.
Septem casus referuntur ubi ex voluntate
testatoris veniunt.
Primus, si dentur verba geminata.
Secundus, si hæres ex permissu testatoris
alienet.
Tertius, si restitutio fideicommissi diffe-
ratur in utilitatem fideicommissarij.
Quartus, quando creditor fuit institu-
tus, & grauatus.
Quintus, quando hæres grauatur ultra
vires hereditatis.
Sextus, si pater grauatur proprio filio re-
stituere.
Septimus, in terminis l. Centurio D. de
vulgari.
Hæres tenetur fructus restituere, si ali-
qua res fideicommissaria perierint.
num. 75.
Fructus regulariter in quartam impu-
tantur. num. 76.
Hæres inuitus non tenetur imputare
fructus. num. 77.
Alij distinguunt inter fructus extantes,
& consumptos ita vt consumpti impu-
tentur alijs vero non. num. 78.
Alij dicunt esse relinquēdum arbitrio
iudicis. num. 79.
Vera sententia habet heredem semper

teneri fructus imputare. num. 80.
Quarta deducitur de rebus, quando fi-
deicommissum pure debetur. n. 81.
Fructus siue extantes, siue consumpti
imputantur. num. 82.
Arbitrium iudicis non habet locum ubi
datur iuris dispositio. n. 83.
Hæres percipiens fructus negligentia fi-
deicommissarij, non tenetur illos im-
putare. n. 84.
Intelligitur l. Si mora 10. D. sol. matr.
ibidem.
Quando fideicommissarius est absens ad-
huc hæres non tenetur fructus resti-
tuere. num. 85.
Fructus percepti ex rebus pertinentibus
ad quartam Trebellianicā non im-
putantur. num. 86.
An hæres creditor defuncti teneatur
fructus cum debito compensare pro-
ponitur negatiua. n. 87.
Proponitur contraria sententia. n. 88.
Defenditur prima, & communis, & ibi
intelligitur l. Mulier §. Cum propo-
neretur ad Trebell. nu. 89. & seq.
Intelligitur leg. Quod de bonis §. Quod
auus D. ad legem Falcid. num. 91.
Intelligitur leg. Cum pater. 79. §. Titio
D. legat. 2. num. 92. & reprobat
Cuiac. super eodem text.
Intelligitur l. Imperator §. Cum quidā
D. legat. 2. n. 93.
Hæres tenetur fructus compensare, quā-
do testator cauit ne hæres debitum
petat. num. 94.
An filij teneantur fructus in quartam
compensare. nu. 95. & in legitimam
nō tenentur, ibid. circa l. Iubemus C.
ad Trebell. Scimus §. Replet. C. inoff.
Parentes

Parentes similiter fructus in legitimam non tenentur imputare. num. 96.

Propositur contraria. num. 97.

Defenditur prior sententia. n. 98. & ibi.

Intelligitur l. Filius fam. 18. D. ad leg. Falcid. & num. 100.

Privilegium legis Iubemus non procedit in ascendentibus, qui tenentur fructus in Trebellianicā imputare. n. 100.

Parentum legitima de rebus hereditariis replenda est. num. 99.

Privilegium l. Iubemus, procedit etiam quando filij sunt gravati extraneis restituere. n. 101.

Propositur contraria sententia. n. 102. Sed defenditur prior, & communis. numer. 103.

Intelligitur §. ult. d. l. Iubemus. ibidem.

Utrū lex Iubemus procedat in legitimitis per rescriptū affirmativa. n. 104.

Contraria. num. 105.

Defenditur prima sententia, & intelligitur §. Filiū, in authentico, quibus mod. natural. eff. sui coll. 7. n. 106.

Regulariter adoptivi non veniunt appellatione filiorum. num. 107.

Nepos adoptatus ab avo naturali consequitur iura proprii filij. n. 108.

Adrogatus non gaudet privilegio d. l. Iubemus C. ad Trebell. n. 109.

Naturales non gaudent d. privilegio l. Iubemus. num. 110.

Naturales peditum nostri regni gaudent præd. privilegio. n. 111.

Nepotes non habent privilegium dict. l. Iubemus, licet habeant primum locū. num. 112.

Substitutus filij etiam non habet privilegium d. l. Iubemus. num. 113.

Reprobatur distinctio Costa. num. 114.

L. Iubemus non procedit in transversalibus, sicut nec l. Cum avus de cond. & dem. num. 115.

Filius hæres patris, qui est in possessione bonorum, ut legitima, & alia quartam deducat, sufficit ei retentionis remedium. num. 116.

Filius hæres si alter sit in possessione bonorum patris, potest intentare actionem ex testamento, si hæres illum fatentur heredem. n. 117.

Si hæres universalis neget filium heredem potest filius agere petitione hereditatis. num. 118.

Utrum competat filiis pro legitima obtinenda actio hypothecaria, affirmativa. num. 119.

Defenditur negativa. num. 120.

Si pater minus legitima filio relinquat, habet filius conditionem ex lege ad supplementum. n. 121.

Filius præteritus à patre habet remediū dicendi nullum testamentū. n. 122.

Filius ex hereditate à patre potest dicere testamentum nullum, nisi causa ex hereditationis ab herede probetur. num. 123.

Donationes factæ in fraudē legitima filiorū, revocari possunt per filios. n. 124.

Donatio in officiosa an in totū revocetur, communis distinguit an re, & consilio, an re tantū sit inoffiosa. n. 124.

Reprobatur communis. num. 126.

Quocunque modo donatio sit in officiosa, solum revocatur usque ad quantitatem legitima. num. 127.

Intelligitur l. Titia §. Imperator D. legat. 2. num. 128.

Intelli.

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

Intelligitur l. Si libertus 12. versiculo
plane D. iure patronatus. nu. 119.

An filij habeant actionem reuocatoriā
contra alienata per patrem infrau-
dē legitimæ titulo emptionis. n. 130.

Pars affirmatiua, quæ sub distinctione
resoluitur. ibidem.

Actio reuocatoria etiam competit filijs
illegitimis pro quantitate alimento-
rum. num. 131.

Parentibus etiam competit reuocatoria
contra male alienata à filijs, sicut
quærela inofficiosi, & remediū nul-
litas contra testamentum. n. 132.

Reuocantur etiam donata per natiui-
tatem filiorum. num. 133.

Utrum si pater donans non reuocet, pos-
sent filij reuocare, pars negatiua. nu-
mer. 134.

Pars affirmatiua sequitur. num. 135.

Respondetur fundamentis communis ne-
gatiua. n. 136.

In terminis l. ultim. C. reuoc. non transit
facultas reuocandi ad filios, vel hæ-
redes donatoris. ibidem.

Dominium in terminis d. l. Si vnquam
ipso iure translatum est in donato-

rem, & de illo ad filios. num. 137.

Confirmatur d. sententia affirmatiua.
num. 138.

Donatio adeo reuocatur per natiuitatē
filiorum, vt etiam si filij decedant nō
conualescit. num. 139.

Intelligitur l. Posthumus 12. D. iniusto
rupto. num. 140.

Respondetur ad l. Ex facto §. penul. D.
ad Trebell. ibidem.

Donatio facta filio reuocatur tantum
pro quātitate legitimæ ex natiuitate
aliorum. num. 141.

Petitio hereditatis, & dicendi nullum
testamentum durant per triginta
annos. num. 142.

Condictio ex lege ad supplementū durat
quinquennio secundum aliquos. n. 143

Sed reprobantur quia durat per 30. an-
nos. num. 144.

Respondetur argumentis prioris. n. 145.

Primo, ad l. Si quis filium 34. C. inoff.
in fine.

Secundo, ad l. fin. Cod. inoff. donat.

Denique l. 2. Cod. de apostatis.

FINIS.



QUARTA PARS CAP.

III. DE TREBELLIANICAE

IMPUTATIONE.

Restat, ut Trebellianicæ Imputationem discutiamus, & quanuis *Cuiac.* 8. *observat. c. 4.* & *lib. 2. responsorum Papiniani super l. Quod stat u liber D. donationibus causa mort.* contendat totis viribus nullam esse faciendam differentiam, quoad imputationem, inter quartam Falcidiam, & Trebellianicā, & adijciat *literam Martiani in d. l. In quartam, §. Sed in fideicommissaria*, dum diuersas regulas assignat in computatione Trebellianicæ, ab illis, quas assignauerat circa quartam Falcidiā, adulterinam, & spuriam esse, nec in Pandectis Florentinis reperiri; refert etiam ex eo *Gothofred. in d. leg. In quartam litera, C.* attamen quidquid *Cuiac.* fatigetur inaniter, Cōmunis, & vera *litera d. l. In quartam, §. Sed in fideicommissaria*, retinenda est, quæ in omnibus vulgatis Codicibus reperitur, & in castigatiori *litera*, quæ habetur apud *Gothofredū*, retinetur vulgaris lectio, quidquid etiam *Goueanus in d. §. Sed in fideicommissaria*, & post eum *Antonius Faber. lib. 6. de coniect. cap. 4.* aliter legendum credant, & *literam emendent*, nam prædictis vanis cogitationibus omisis, cum *Martiano in*

d. versiculo, sed in fideicommissaria, regula proponenda est affirmatiua, quod siue legatum, siue fideicommissum datum fuerit hæredi, vel à cohærede, vel à fideicommissario, in quartam ei imputatur, confirmatur *ex l. Deducta, §. 8. Nummis acceptis, versiculo, diuersa causa, D. ad Trebellianum, l. Si hæres, 89. l. Acceptis 92. D. ad l. Falc.* textus optimus, *in l. Filium quem habentem C. famil. eriscund. ibi (computato præterea quod à cohærede vice mutua accepit,)* post *Ripam Alciat. Toriellum, ibidem, prosequitur Casar Fiumagiolus nu. 174. & sequentibus Toriellus iterum in d. l. Filium n. 8. Peregr. de fideic. artic. 3. n. 38. & 45. ubi refert Angelum Mateacium acriter reprehendentem Cuiac. ubi supra, Faber lib. 6. de coniectur. cap. 4. post principium, Fachin. 5. controuers. cap. 15. Barbosa, l. Si cum dotem, §. Si pater, n. 10. D. sol. matr. Gouean. d. l. In quartam n. 7. Cuiac. sibi cōtrarius lib. 40. Digestorum Iuliani super l. Titia 86. eodem titulo, denique Gothofredus ad d. l. In quartam Donel. lib. 7. comen. cap. 30. §. 1. Est tamen hæc quarta multo minus priuilegiata, quam Falcidia, ut late prosequitur *Casar. in d. l. In quartam, n. 238. & sequentibus, maxime num. 252. & præcipue**

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

in eo, quia prælegata à cohæredibus relicta, in Falcidiam, nec etiam pro parte hæreditaria computatur, in Trebellianicā vero, tota pars hæreditaria computatur, d. §. *Sed in fideicommissaria, text. optimus, in dict. l. Filium quē habentem*, ibi (*hæreditaria parte prædij in quarta ratione retenta*) cuius hic est verus sensus, quidquid *Torniel. in repet. illius n. 4.* aliud tenet, sed non percepit mentē, & casū Imperatoris, vt infra latius diximus, pro parte tamen cohæredum præcipua quoque Trebellianico hæredi cedunt, nec in quartā imputantur, d. §. *Sed in fideicommissaria, versic. pro ea parte*, quē ad hoc mirabilē appellat *insignis Barb. in manuscriptis ad d. §. Nūmis, licet Cuiac. in locis sup. cit. & lib. 9. respons. Papiniā. super lege Deducta §. Nūmis D. ad Trebell. & lib. 20. quæstionū eiusdem Papiniani super l. Acceptis 92. D. ad l. Falc.* quē sequitur *Franciscus Duarenus lib. 2. disputat. cap. 10.* contendat nullam esse faciendā differentiā inter vnā, & alterā quartam; Ratio, ob quam prælegata pro parte hæreditaria imputantur, illa est, quia hæc quarta detrahitur contra voluntatem testatoris, quia solus hæres, non autem fideicommissarius habet pro se voluntatem testatoris, *iuxta l. 1. C. impuber. & alijs subst. l. Filius D. quod cū eo l. Postulante 44. §. fin. D. ad Trebellianum, text. optimus de iure, in l. Titia 86. D. ad leg. Falcid. & in nostro cap. Raynaldus, in d. verol. Titia ad effectum, ne pars hæreditaria, quā hæ-*

res percepit de prædijs prælegatis computaretur in Trebellianicā, de qua ibi, Considerat Iulianus, quartam ibi fuisse retentam ex voluntate testatoris, subiungens, quod nisi daretur ibi expressa voluntas, totā partem hæreditariam, quā a se hæres capit in illis prædijs teneretur ipse imputare, vt constat ex verbis textus ibi (*quoniam contra sententiā matris famil. lex Falcid. admitteretur*) iuuat, quia si hæres scriptus nollet adire, stat remedium prætorium, per quod cogi potest adire, & restituere *l. Quia poterat 4. l. Cogi 16. D. ad Trebell. §. Sed quia Inst. de fideic. hered. aduertit Cesar supra nu. 253.* Quod remedium defecit in Falcidico hærede, vt palam est, igitur nil mirum, si prælegata imputentur in Falcidiam, agnoscunt cōmuniter scribentes *Gouean. in d. l. In quartam num. 4. Maretus ad cap. Raynaldus cap. 5. n. 28. post Bart. & antiquiores, Berengar. ad d. l. In quartam, c. 2. super textualibus n. 35. Alciat. nu. 2. Picus, & alij per Ripam à nu. 13. maxime n. 15. & sequenti, Cesar n. 105. & 251. & 264. Faber dict. cap. 4. post medium.* Excitatur etiam in hoc dubium de ratione differentiæ inter vnā, & alterā quartā, de quo pluradiximus supra circa imputationē Falcidiæ, ibi recurrito; Ratio autē, quare prælegata pro parte cohæredū in Trebellianicā nō imputetur, omisis multis, *Acurti^o quē sequitur Alciat. 6. paradox. c. 4. Maret. d. c. 5. n. 20. post Bart. n. 8. Alciat. n. 3. Ripa num. 91.*

n. 9. in d. l. In quartam, Corras. in d. l. Filium quem habentem nu. 1557. & ibi Polatus nu. 89. ea videtur esse, quia testator velle censetur meliorare heredem in illa parte prælegati, & cum in ultimis voluntatibus omnia moduletur ex voluntate disponentis, etiam in materia imputationis, merito hæres Trebellianicus lucratur prælegatum pro parte cohæredum, ut declarat Martianus in d. versic. pro ea vero parte, quâ interpretationem post hæc scripta, inueni apud insignem Barbosam in d. 5. Nūmis n. 4. Ego vero, ut iam supra circa Imputationem Falcidiae scripsi, credo nullam ex supra scriptis rationibus esse concludentem à priori in hac materia, totamque decisionem tam in regulis quàm in exceptionibus, d. l. In quartam, tribuendam esse rescripto Diui Pij, quo confirmatae sunt omnes partes illius notabilis, & difficillimae decisionis, & cum hac nostra ac noua aduertentia, de plano procedunt spinosae viæ, ac durus saxis indentibus Bartoli, ac cahos tenebrarum, quæ reperiuntur à Confumatissimis viris in visceribus d. responsi Martiani, in d. l. In quartam.

Est tamen summe difficile quæ ratione fuerit ductus Iulianus in d. l. Titia 86. D. ad l. Falcid. ad faciendum computationem ibi scriptam, proponitur enim Titius hæres institutus in Triente, adiectis duabus cohæredibus Secunda, & Procula, quibus Titius fuerat grauatus hæreditatē restituere per fideicommissum, in super ei fuere certa prædia à testa

trice prælegata, in qua facti specie nullum dubium fuit de partibus cohæredum, quin integra prælegata apud Titium remanerent, ut recte aduertit Goueanus ibi nu. 1. idque vel ex ordine scripturæ, ut existimat Faber. d. c. 4. post mediū, sequendo omnes veteres interpretes, quorum resolutionem amplectitur Peregr. de fideic. art. 7. à n. 63. & 67. Corras. in l. Cum virum C. fideicom. n. 26. ubi Padill. n. 21. Gomes 1. tom. cap. 4. nu. 18. Costa cap. Si pater, gloss. obliqua, nu. 35. post Berengarium ad d. l. In quartam, c. 2. n. 56. Donel. de iure Civili lib. 7. c. 25. Gregorius Lopes l. ult. tit. 5. part. 6. gloss. herentia, de attencol. 1. titul. 4. lib. 5. gloss. 19. n. 28. Mantica lib. 7. de coniect. tit. 7. n. 10. Decian. lib. 1. cons. 41. n. 137. Menoch. lib. 4. presumpt. 193. & sequent. Castillo tom. 4. cap. 8. n. 12. Casar ad l. In quartam à n. 102. Fabrū ubi supra sequitur Gothofred. in d. l. Titia litera, O. & seq. Veiga ad tit. de legat. 1. super l. Et quidem 18. n. pen. Insignis collega meus, & totius regni atlas Motia in l. 3. §. Quidam liberis D. ad Trebellianum, ubi etiā insignis Barbosa, vel procedat ex eo, quia hæreditatis appellatione non continetur legata, ut tenent Cuman. & alij citati à Costa ubi proxime, Salicetus in d. l. Cum virum n. 3. ubi Corras. n. 39. Ripa in l. Hæredes mei §. Cum ita n. 48. & Alciat ibidem n. 7. Bertolameus Succinus consil. 107. à n. 36. lib. 3. Cenall. q. 384. quos sequitur Cuiac. lib. 40. Digestorum Iuliani super d. l. Titia, per textum in l. Titius 93. D. legat. 1. ut, ut sit, ex vno, vel altero capite, certum est non dubitari de partibus

De vna, & altera quarta deducēda vel nō,

48. cohæredum, sed solum de parte, quam hæres à se ipso capit, id est, triente prædiorum, quem iure hæreditario percepit, & quia testatrix nominatim cauit, vt Titius quartam retineret, decidit Iulianus Titium illius trientis, quem iure hæreditario in prædijs prælegatis cepit, teneri computare partem duodecimam, sic facta computatione, prælegata, non veniunt in restitutionem pro octo partibus cohæredum, sed testatrix, iussit retinere quartam de prædijs, quæ continet tres partes, ergo illa pars quæ remanet de triente, & quæ facit duodecimam partem imputanda est, nam vndecim partes remanent, apud hæredem Titium præcipuæ, scilicet octo cohæredum, & tres, quas ex voluntate testatricis retinuit, illa autem pars, quæ remanet extra iudicium testatricis imputatur. Sed oritur difficultas, quare prælegata veniant integra id est, totæ duodecim partes illorum sub verbis testatricis, ibi (*retentæ quarta*) ad effectum, vt hæres ultra octo partes cohæredum, ex alijs quatuor partibus, quas à se capit, tres retineat, & vnā tantum computet, cum ad effectum restitutionis solum considerentur illæ quatuor partes hæreditariæ, non autem octo cohæredum, sed Tollitur difficultas dicendo hoc pendere ex coniectura voluntatis testatricis, quæ voluit, vt hæres non solum quartam retineret de hæreditate, sed etiam de prælegatis, constabat etiam, quod hæc volun-

tas non poterat sustineri, pro illis octo partibus cohæredum, quas hæres nec restituit, nec computat, ex supradictis, fuit igitur necessarium, ad implementum voluntatis, vt quarta pars prælegatorum deduceretur, de illis quatuor partibus, quas hæres à se capit, & quæ debebant venire in restitutionem, quia autem de triente hæreditario superest vna pars, quæ est duodecima prædiorum, ipsa tantum imputatur, itaq; facit voluntas testatricis, vt illæ tres partes prædiorum, quæ alias erant imputandæ, si ipsa non daretur expressa, non imputentur, ex quo manifeste patet, in hac materia totum pendere ex voluntate testatoris, quæ vt supradiximus etiam facit, vt in Falcidiam non imputentur legata, nec pro parte hæreditaria, quam interpretationem in effectu sequitur *Cesar ad dict. l. In quartam num. 105. vbi Ripa num. 45. & Berengar. cap. 2. num. 56. Peregrin. artic. 3. n. 39. Guterr. consil. 18. n. 22. Insignis collega ac supremus cōsiliarius Mot a ad §. Quidam liberis, l. 3. ad Treb.* Vnde valde suspecta redditur ratio *Cuiacij ibidem*, dū existimat has tres partes cedere hæredi ac relictionis iure, licet bene explicet computationem, *d. l. Titia*, aliter esse faciendam, nisi testatrix ita cauisset, vt idemmet textus insinuat, cum ibi ageretur de Trebellianica, in qua prælegata imputantur, pro parte hæreditaria, cū desumantur contra voluntatē testatoris, vt supra diximus; quæ resolutio limitari potest ne procedat, quādo hæredes

heredes per viā cōpensationis obij-
 ciant contra accipientē praelegatū,
 nā tunc minime cogi poterunt ad
 patiēdam deductionē Falcidiaē, seu
 Trebellianicā, ex ratione textus in
 l. Neseuius 22. D. ad l. Falc. vbi com-
 muniter scribētes & nos supradixi-
 mus circa deductionem Falcidiaē.

7. Illud autem, quod diximus prae-
 legata non computari pro parte co-
 hæredis, intelligēdum est vt proce-
 dat in praelegatis corporis hæredi-
 tarij, secundum *Accursum*, d. leg. In
 quartā, verbo, à cohærede. Nam si prae-
 legatum fuerit quantitatis, totū in
 Falcidiā venit imputādū, vt probat
Papinianus 9. responsor. in l. Deducta
 §. Nummis D. ad Trebell. idq. ex au-
 thoritate rescripti D. *Adriani* quod
 videtur confirmare nostrum intel-
 lectū ad d. l. In quartā, quia fere om-
 nes decisiones in hac materia nitū-
 tur auctoritate rescriptorū, cōsonat
 responsum eiusdē *Papiniani* in l. Cū
 pater 78. in principio D. legat. 2. &
Martiani in d. l. In quartam, versiculo,
 sed sic accepta, cuius dicti rationē
 præstat *Maret.* vbi supra cap. 3. n. 31.
 quia scilicet pecunia recepit func-
 tionē in genere suo l. 2. §. 1. D. si cert.
 pet. aliam præstat *Gouean.* in d. leg. In
 quartā, n. 10. aliam rationē præstat
Casar in eadem l. In quartam, n. 108.
 & à n. 256. qui ait ideo totū impu-
 tari, quia lex fingit, vt totum do-
 minium pecuniæ apud hæredem
 censeatur, & cum totam à se capere
 censeatur, nil miuum, si totam im-
 putare teneatur, tanquam accep-

tam iure hæreditario; & cum hæc
 fictio sit contra regulas iuris, neces-
 sariū fuit *Adriani* rescriptū. *Cuman.*
 & *Alex.* in d. §. Nummis gloss. de por-
 tione, Bart. n. 16. *Purpuratus* § 8. *De-*
cius n. 6. *Alciat.* n. 11. in l. Singularia,
 D. si cert. pet. Eandē rationē agnos-
 cun, ilicet illā tribuāt I. *Cris* plures
 quos sequitur *insignis Barbosa*, sed
 merito ad rescriptum recurrit *Cuiac.*
 9. respons. *Papiniani* sup. d. §. Nummis,
 quod iā antea fecerat *Gouean.* in d. l.
 In quartam ante finē versic. tertia sen-
 tentia, quos sequitur *insignis Barbos.*
 in manuscriptis ad d. §. Nummis, quid-
 quid aliter *Torniellus* ibi in repetitione
 n. 6. *Bereng.* vero in d. l. In quartā, c. 2.
 n. 38. *Casar* ibi à n. 106. Sed contra
 supra positā resolutionem stat text.
 ex diametro, cōtrarius, qui totam de-
 struere videtur in l. Heredes 26. §. vlt.
 cum l. seq. D. fam. ercisc. qui textus or-
 dinarijs, & repetētibus fuit incogni-
 tus, ita vt nec *insignis Barb.* vigilatissi-
 mus Iurecōsult^o de illo meminisset
 in d. §. Nummis, vbi praelegatū pecu-
 niæ desumitur de aceruo communi
 hæreditatis, nō autē ex parte hære-
 ditaria cuiusq. cohæredis, quia of-
 ficio iudicis, res cōmunis hæredi-
 taria venditur, vt adimpleatur prae-
 legatū, quæ difficultas solū præuisa
 est à *Cuiacio*, lib. 8. respons. *Papin.* super
 d. l. Cum pater, & lib. 23. ad edictum
Pauli super D. §. fin. & pro expedi-
 tione ipsius destingit, inter casum,
 quo pecunia sit praelegata ab ip-
 sis cohæredibus, seu simpliciter
 per præceptionem relicta, & inter